5

GRAMMATICI INCERTI

DE GENERIBUS NOMINUM

SIVE

DE DUBIO GENERE OPUSCULUM

PRIMUM EX PARTE AB MAUR. HAUPT. IN ED. OVID. HALIEUT. CETT. LIPS. 1838 E COD. VINDOBONENSI; POSTEA INTEGRUM AB LE CLERCQ IN CATALOGUE GÉNÉRAL DES MANUSCRITS DES BIBLIOTHÈQUES PUBLIQUES DES DÉPARTEMENTS T. I. PARIS 1849 E COD. LAUDUNENSI, EDITUM ET ILLUSTRATUM

NUNC PRIMUM SEPARATIM INTEGRUM COMMENTARIOLO INSTRUCTUM CUM APPENDICE LOCORUM SERVIANORUM PHILARGYRIANORUMQUE IN VIRGILIUM DE GENERIBUS NOMINUM EDIDIT INDICESQUE ADIECIT

Dr. FRID. GUIL. OTTO

PROF. EXTRAORD., COLLABORATOR SEMIN. PHILOL. GISS.

GISSAE

TYPIS G. D. BRUEHLI I.

MDCCCL.

VIRO

SUMME REVERENDO PERILLUSTRI DOCTISSIMO

FRIDERICO OSANNO

AA. LL. MAGISTRO ET PHILOS. DOCTORI. ELOQUENTIAE PROFESSORI P. O., SEMIN. PHILOL. DIRECTORI. ORD. HASSIAC. PHILIPP. MAGNAN. EQUITI. INSTIT. ARCHAEOL. ROM. SOD. O. ITEM SOCIET. HIST. ET ANTIQ. ODESSI AD PONT. EUX. HIST. ET TOPOGR. HASS. CASS. HIST. GERM. WETZLARIAE CONSTITUTARUM ALIARUMQUE SODALI. ORD. PHILOS. H. A. DECANO.

ANTE HOS QUINQUE ET VIGINTI ANNOS MUNUS PROFESSORIS ELOQUENTIAE ET SEMINARII PHILOLOGICI DIRECTORIS IN ACADEMIA LUDOVICIANA GISSENSI FELICISSIME AUSPICATO.

QUUM OMNINO DE STUDIIS ANTIQUITATIS TUM INPRIMIS DE SEMINARIO PHILOLOGICO AB IPSO RENOVATO ATQUE INSTAURATO OPTIME MERITO.

COLLEGAE AC PATRONO SUO OPTIMO

PIE GRATULANDI CAUSA

HOC QUALECUMQUE OPUSCULUM

D.D.D.

VENERABUNDUS EDITOR.

Etsi vereor, Vir Summe Venerabilis, ne nimis exile Tibi videatur, quod ad Te nunc mitto munusculum nec satis dignum vel auctoritate Tua vel ingenii doctrinaeque praestantia atque ubertate, praestare tamen existimavi hoc qualecunque grati animi pignus ad Te mittere, quam in tantis aliorum gratulationibus honoribusque Tibi in huius diei solemnitate habendis prorsus tacere, qui Tibi et locum, quem nunc obtineo, et muneris societatem debeam, neque maiorem quisquam possit gratiam debere alteri quam qui eius beneficio in eum locum pervenerit, quem expetitum nisi sit adeptus videatur sibi miserrimus. Jam quum beneficio Tuo in eo loco constitutus sim, unde iam literas antiquitatis communiter Tecum in hac alma academia Ludoviciana publice docere et per otium honestissimum privatim persequi liceat, absit hoc nefas ingrati animi, ut in me unquam a Te converti possit versus ille tragici apud Tullium convitii opprobriique plenus:

O ingratifici Argivi, inmunes Graji, immemores benefici!

Quare aliquo certe munere Te remunerari conatus sum, in quo quae Tua est summa erga me benevolentia indulgentiaque, non tam operis amplitudinem perfectionemque quam voluntatis studium spectabis. Accipe igitur paucula ista, quae nunc Tibi offero, eo quo scripsi animo et si quid bonae frugis in iis inveneris, Tibi potius tribuito, quam mihi, qui in hoc certe genere studiorum, quorum iam documentum in manibus tenes, exemplum abs Te sumpsi, cuius scripta de rebus grammaticis grammaticorum Latinorum veterum tam mire mihi semper placuerunt, ut, quum omnia Tua scripta studiosissime legam, tum inpri-

mis illum Tuum librum, in quo *historiam grammaticae Latinae* explicuisti, qui inscribitur *Beiträge zur Griechischen und Römischen Literaturgeschichte* (zweiter Band), quotidie tam studiose tracto, ut si exemplar Tuum non possim assequi, at certe studiosissime imitari studeam discipulosque communes nostros, ut idem faciant, quacunque occasione oblata horter. Quae res, quod ad me attinet, qualem adhuc eventum habuerit, Tuum iam erit iudicare ex his, quae modo ad Te misimus. Restat ut Deum Optimum Maximum, vitae largitorem aeternum, immortalem summis sanctissimisque precibus suppliciter demisseque orem rogemque, ut Te, qui iam quinque et viginti annos munere Professoris Philologiae et Directoris Seminarii Philologici Gissensis functus es omnemque studiorum antiquitatis varietatem cum plurimarum artium gravitate atque uberrima copia animo complexus disciplinae Tuae addictos alumnos partim iam ipsos gravissimis muneribus praeditos doctrinaque excellentes tanta quum omnis doctrinae antiquitatis, tum inprimis artis criticae usu atque subtilitate ita instruxeris atque exercueris, ut, si paribus atque Tu ingenii facultatibus diligentiaque sint praediti, summa quaeque in his literis assequi posse videantur, salvum atque incolumem conservet Tuis Tibique, conservet discipulis Tuis, conservet universo philologorum ordini atque omnibus reliquis, quos virtus et probitas Tua et doctrina amicos Tibi admiratoresque conciliavit, ut Tibi in his studiis viventi literarumque incrementis prospicienti ad extremos vitae humanae terminos pervenire atque quam diutissime iucundissima gloriosae vitae Tuae recordatione fructibusque literarum, quibus quum aliis, tum inprimis discipulis Tuis profuisti, perfrui liceat. Quod votum quum omnes mecum habituros arbitror, qui humanitatem Tuam, comitatem mixtumque cum lepore gravitatem doctrinamque propius cognorint, tum inprimis hanc academiam, quae Te et natum esse et huius academiae Professorem Philologiae Serenissimi Principis Hassiae Ludovici I. gratia factum sincero animo laetatur. Vale!

Dabam Gissae Idib. Octobr. MDCCCL.

Nominis Tui Studiosissimus Cultor

Dr. *Frid. Guil. Otto*,
Professor Philos. Extraord. et Collaborator Seminarii Philologici.

Quamquam multi non indocti solum, sed etiam docti philologi et sunt et fuerunt, qui *artem grammaticam* ut humilem atque doctrinae studiis indignam contemnerent, tamen vehementer vereor, ne isti contemptores artis grammaticae gravioribus, ut sibi videntur, literis intenti non satis reputarint, ipsas illas graviores literas, quas usurpant, grammaticae fundamento inniti. Quis enim vel *criticam* recte factitare vel *interpretandi artem* feliciter exercere poterit, qui non grammaticam penitus cognorit, quum, quidquid mente aut ipsi percipimus aut ab aliis perceptum accipimus, id verbis demum comprehensum intelligi possit, ita ut, quidquid vel audimus vel legimus, e verborum intelligentia pendeat, quae sunt cogitationem effigies atque imago. At mala potius eius rei tractatione quam re ipsa moti tam male de grammatica existimare videntur, id quod maxime in *grammaticam Latinam* cadit, quae, quamquam multorum seculorum studiis culta est, nondum tamen adhuc ita pertractata est, ut ex ea *integram grammaticae Latinae historiam philosophiamque* cognosci liceat, quum ab singulis potius *observationibus*, quas vocant, profecta paulatim in artem quandam ac disciplinam sit redacta, quam ab historico iustoque fontium studio, e quibus grammaticae Latinae copiae causaeque plene cognoscantur adhibita etiam *critica*, quae quantopere fere tota ab iis, qui adhuc *libros linguae Latinae grammaticos* conscripserunt, neglecta sit, insigni nuper exemplo docuit *Madvigius*, vir Latinarum literarum peritissimus, summo ingenii acumine praeditus, criticus sagacissimus in *Opusculorum Academicorum* Vol. I. p. 382, ubi quum apud *Ciceronem* in *orat. in Catil.* III, 8, 20. secundum exemplum *Orellianum* haec verba legantur: *Aruspicum responsis et ludi facti sunt, neque res ulla, quae ad p l a c a n d u m d e o s pertineret, praetermissa est,* ostendit, non solum editiones antiquissimas, sed codices, de quibus quidem constet, omnes *ad placandos deos* habere, ut *placandum* nihil sit nisi error editionis alicuius ob reconditam scilicet elegantiam religiose propagatus, ubi *Orellius* etiam *male* alterum *(placandos)* scribi adnotet criticaeque ope probat, ne antiquissimos quidem scriptores isto modo dixisse; Ciceronem quidem et aequales et posteriores ne poetis quidem exceptis plane abstinuisse omniaque eius structurae exempla, quae in libris grammaticis vel in commentariis scriptorum e variis scriptoribus collecta vel potius corrasa afferantur, criticae ope ita esse mutanda, ut *Gerundivi* structura inde oriatur. Neque tamen vir doctissimus effecit, quin vel in recentissima *grammatica Latina* a *Kritsio* et *Bergero* edita exemplum illud corruptum, a Madvigio auctoritate codicum correctum §. 131, 10 pro exemplo *Gerundii cum accusativo*

obiecti coniuncti repeteretur. Aliud non minus grave vitium *grammaticae Latinae*, qualis etiamnunc sese habet, illud est, quod, si qua semel regula in grammatica quadam antiquiore constituta auctoritatem quandam nacta est, fideliter ea ab insequentibus grammaticis repetitur, quasi illud sit oraculum, nihil quaerentibus, quo denique fundamento nitatur, quod si quaeratur, tum denique quam inane saepe illud sit, reperietur, id quod idem *Madvigius* nuper in notis criticis ad *Ciceronis* libros de *Finibus* (V, 5, 12) insigni exemplo docuit, ubi, quam inane esset discrimen illud omnium fere grammaticorum ore celebratum a puerisque in triviis decantatum structurae adiectivorum *similis* et *dissimilis* cum *genitivo* vel *dativo* factae, magna cum doctrina ostendit, neque tamen ne haec quidem egregia rei expositio ad ea rectius ac certius constituenda, quae eadem de re nuper exposuit *Krits* in *Grammaticae Latinae* p. 350. not. 3. et p. 362. n. 2., quidquam momenti habuit. Tertium vitium grammaticae Latinae illud est, quod neque diversorum temporum ac dicendi generum discrimina neque denique singulorum scriptorum proprietas adhuc diligenter observata est Nulla tamen pars grammaticae Latinae magis adhuc neglecta iacet, quam *doctrina formarum*, quae Graece *etymologia*, Germanice *Formenlehre* vocatur, quum ne ea quidem, quae magna olim doctrinae copia *Vossius* in *Aristarcho* et *Ruddimannus* in *Institutionibus linguae Latinae*, recentioribus autem temporibus *Seyfert* in libro, qui inscribitur *auf Geschichte und Kritik gegründete Lateinische Sprachlehre* et *Conradus Leopoldus Schneiderus* in *Grammatica Latina*, quae, quod maxime dolendum est, imperfecta mansit, et *Carolus Struvius* in praeclaro libro *de Latina declinatione et coniugatione* (1823) fontibus veterum Grammaticorum Romanorum diligentissime religiosissimeque usi in hunc locum contulerunt, nostris temporibus satisfaciant, quibus et multi novi fontes aperti sunt et *Sanscritae* linguae comparatione disciplina artis grammaticae longe aliter instituta est atque ante seculum et amplius, quamquam ne hi quidem, qui nuper libros grammaticos conscripserunt, ut *Bergerus* et *Kritsius*, recentioribus quaestionibus *Sanscritis* Boppii, Curtii, Pottii aliorumque diligenter et cum utilitate usi sunt, quod nuper in censura Grammaticae *Bergerianae* et *Kritsianae* diurnis studiorum antiquitatis inserta neque tamen adhuc typis expressa luculenter ostendere studui. Unus autem ex omnibus maxime excellit liber *Struvii*, qui si *Sanscrita lingua* in studiis suis grammaticis uti potuisset, adhibitis *grammaticis veteribus Romanis* perfectissimum, credo, opus, confecisset, quum iam ea, quae sine scientia *linguae Sanscritae* summa doctrinae copia et philosophiae disciplina instructus

praestitit, satis ostendant, quantum adhibita etiam illa lingua praestare potuisset, cuius egregium exemplum si posteriores grammatici secuti essent, ex hac certe parte iam longe meliores libros grammaticos haberemus. Sed quod plerique in *Syntaxi*, quae vocatur, maximam vim orationis positam putant, tantam tantum *formarum scientiam* sibi comparant, quanta ad illam intelligendam opus esse videatur, nihil scilicet curantes *originem formarum* vel *aetatum discrimina* atque *solutae et vinctae orationis* vel denique *singulorum scriptorum usum consuetudinemque communem Romanorum*, quasi non vera ratio syntaxis optime ex origine atque nativa significatione formarum cognosceretur perindeque esset, utrum quis *mendum* an *menda*, *baculus* an *bacillus*, *margaritum* an *margarita*, *hic* an *haec finis*, *crinis*, *cinis*, cetera rectius diceret, quum tamen hanc grammaticae Latinae partem Romani ipsi in eis potissimum libris, in quibus de *Analogia* vel de *Dubio Sermone* ac *Genere* agitur, qua de re v. *Lersch die Sprachphilosophie der Alten, nachgewiesen an dem Streite über Analogie und Anomalie der Sprache* (1838) singulari quodam studio certatim tractarint, ut vel clarissimi homines Romani in eiusmodi studiis immorari operae pretium duxerint, quorum princeps est maximus ille Romanorum imperator *C. Julius Caesar*, qui ipse neque ab dignitate sua neque ab ingenio alienum duxit, in hanc rerum grammaticarum tenuitatem descendere et ad disceptationes grammaticas se demittere, quippe qui vel in maximarum rerum occupatione in transitu Alpium, quum ex citeriore Gallia conventibus peractis ad exercitum rediret, *de Analogia* libros duos scripserit, ut *Suetonius* in eius vita c. 56. tradit. Atque hunc excepit vir domi fere non minus illustris, quam ille belli, *Plinius*, admirabilis ille *Historiae Naturalis* auctor, qui *Dubii Sermonis* libros octo sub Nerone novissimis annis scripsit, qua de re vide *Lersch die Sprachphilosophie der Alten* pag. 129. seqq. pag. 150. seqq. Atque etiam summus Romanorum dicendi magister *Quinctilianus* quanti grammaticae scientiam vel in iis, quae ad elementa grammaticae pertinent, aestimarit, ipse libro I. Inst. Orator. c. 4. §. 5. his verbis indicavit: „*Eloquentia quoque non mediocri est opus, ut de una quaque earum, quas demonstravimus rerum, dicat proprie et copiose* (orator). *Quominus sunt ferendi, qui hanc artem* (grammaticam) *ut tenuem ac ieiunam cavillantur, quae nisi oratoris futuri fundamenta fideliter iecerit, quidquid superstruxeris, corruet: necessaria pueris, iucunda senibus, dulcis secretorum comes et quae vel sola* (ex) *omni studiorum genere plus habeat operis quam ostentationis. Ne quis igitur tanquam parva fastidiat grammatices elementa, non quia*

magnae sit operae consonantes a vocalibus discernere ipsasque eas in semivocalium numerum mutarumque partiri, sed quia interiora velut sacra huius adeuntibus apparebit multa rerum subtilitas, quae non modo acuere ingenia puerilia, sed exercere altissimam quoque eruditionem ac scientiam possit," idemque alio loco I, 8, 12, *Grammatices amor,* inquit, *et usus lectionis non scholarum temporibus, sed vitae spatio terminatur.* His ego gravissimis auctoribus motus ipse quoque aliquantulum ad haec studia conferre constitui, quum pauci hodie esse videantur, qui ex antiquis illis ac purioribus Latinitatis fontibus, id est ex iis grammaticis, qui stante re Romana scripserunt, critica adhibita haurientes novam grammaticam condendam susceperint, quum rivulos potius sectantes saepe perquam turbidos, ut *Ramshornium,* materia prioribus seculis collecta secure usi pauculisque propriis *observationibus*, quae vocantur, additis philosophiae cuiusdam vel propriae vel alienae ope novam in dies grammaticae faciem induant, unde tum ingens illa librorum grammaticorum turba oritur, quae literis nihil prodest, discipulos torquet, digna profecto, quae omnis in pelagus immergatur, ubi est profundissimum, ut ne unquam usquam denuo emergere queat. Si quis autem grammaticam Latinam scribere aggreditur, quae revera literis prosit ita, ut historiam grammaticae Latinae philosophiamque eius ex ipsis linguae Latinae legibus haustam, non extriusecus ope certae cuiusdam philosophiae, ut *Kantianae* vel *Hegelianae,* illatam doceat, profecto non satis est vel singulos quosdam scriptores legisse vel observationibus uti per occasionem collectis vel exemplis undique sine critica corrasis, sed a veteribus grammaticis Romanis proficisci oportet, ut primum omnium, quid Romani ipsi de suae linguae legibus tradiderint, cognoscatur; tum omnes scriptores Latini ceteraque monumenta Latinitatis, quae vel marmoribus constant, vel quocunque modo ad memoriam nostram pervenerunt, a primis seculis literarum Romanarum usque ad certum quendam terminum temporum vel ad tertium vel ad quartum seculum integra eo ordine perlegenda sunt, ut et singularum aetatum discrimina et prosae ac poeticae orationis differentia in iisque diversorum orationis generum, v. c. vel philosophiae, vel epistolicae *singularumque scriptorum* singulare genus dicendi vel *singularis* potius *grammatica* perspiciatur et quomodo vivus ille sermo, qualis in his monumentis extat, cum praeceptis illis grammaticorum Latinorum veterum conveniat; tum denique recentiorum grammaticorum, qui post renatas literas de arte grammatica scripserunt, potiores inde ab *Laurentii Vallae Elegantiis linguae Latinae* usque ad *Bergeri et Kritzii grammaticam*

Latinam inspiciendi conferendique sunt cum his, quae ipse assidua diligentique lectione scriptorum aliorumque monumentorum certo cognoveris, ut, quo denique fundamento vulgares illae regulae grammaticae nitantur quantumque vel veri vel falsi in iis insit, intelligatur, ut ne vel iniuriam facia antiquiorum illorum grammaticorum diligentiae vel manifesti ac foedi errores fideliter per secula seculorum propagentur Goetheumque illud paululum immutatum in grammaticam cadat:

> *„Es schleppen sich die alten Regeln,*
> *Wie eine ew'ge Krankheit fort."*

Eiusmodi autem lectio scriptorum quo meliore successu instituatur, primum omnium necesse est, ut in literarum Latinarum historiam, quae *literatura* vocatur, multo accuratius, diligentius, plenius inquiratur, quam adhuc factum est, ut et tempora earum quam certissime investigentur et quo singula quaeque unius scriptoris scripta ordine composita sint, id quod inprimis in legendis *grammaticis Romanis* observandum est, ut, quomodo alter ex altero pendeat quidque singulorum proprium sit, perspiciatur, quoniam ita denique vera *grammaticae Latinae historia* confici poterit. Atque hanc quidem partem literarum Romanarum haud scio an quisquam unquam vel maiore doctrinae copia maioreque ingenii acumine ac subtilitate melioreque successu tractarit, quam Tu, *Vir Plurimum Reverende* **Osanne**, qui in volumine secundo eius libri, qui inscribitur *Beiträge zur Griech. u. Roem. Lit.*, in quo *de grammaticis Latinis veteribus* disputasti, primus, quod sciam, ostendisti, quae via esset ingredienda ei, qui in simili argumento elaborare vellet, quam exempli Tui praestantiam quum sit difficile imitari, haud scio an quisquam assequi queat. Requiritur etiam hac in re, ut, quid ubique veterum grammaticorum Latinorum extet, summo studio investigetur conquiraturque, ut quam paucissimae lacunae harum literarum relinquantur.

Jam quum Te ipsum sciam vehementer vel minutissimis eiusmodi reliquiis delectari, ut idem fere sentire videare, quod olim nescio quo loco magnus ille *Niebuhrius*, Vir immortalis memoriae dixisse fertur, (*v. Schneidewin* Fragmente Griechischer Dichter p. IV.): *„Ich weiss nicht, ob jemand, der sich überall mit dem Alterthum beschäftigt hat, so hölzern sein könnte, dass ihn der Besitz von Bruchstücken der zwölf Tafeln, auf denen nur halbe Worte, unerklärlich, zu lesen wären, nicht als ein Kleinod köstlich sein, ja die blosse Ansicht neu*

beleben würde," ego quoque Tibi, Vir Praestantissime, similes quasdam novas reliquias pro largis dapibus, quas lubenter, si possem, Tibi offerrem, offero, quas sereno Te vultu, ut soles, accepturum esse eo magis confido, quod vel exemplum Tuum, id quod magis crediderim, vel nescio quae par ingeniorum inclinatio in eum me locum deduxit, quem Tibi quoque gratum esse scio, de quo idem mihi dicere liceat, quod olim *Schneidewinius* verba *Niebuhrii* supra allata spectans p. V. *de Graecorum poetarum reliquiis e papyro Parisiensi* editis dixit: *„Hier haben wir Bruchstücke alter Römischer Dichter, nicht in halben Worten, nicht unerklärlich. Sollten sie nicht mindestens gleichen Werthes sein, als halbe Worte, unerklärliche der zwölf Tafeln? Möchte ich nie so lebenssatt werden, nie so eisig gegen das Alterthum, das ich liebe, das ich ein mattherziges krankes Nil admirari zu meinem Wahlspruche machte!*

Jam quum abhinc annos nonnullos Virum Doctissimum Gallum *Le Clerc* in consessu *Academiae Inscriptionum* Parisiensi de codice quodam bibliothecae *Laonensis (Laon)* disseruisse meminissem, in quo *Tractatus de Generibus Nominum* extaret, quem eundem esse suspicabar, cuius posteriorem particulam olim *Mauritius Hauptius* e cod. *Vindobonensi* 89, olim *Salisburgensi* n. 72. una cum *Ovidii Halieut., Gratii* et *Nemesiani Cyneg.* Lips. 1838 p. 74—105 edidit, largissima exemplorum copia ex omnibus aetatibus ab *Ennio* usque ad *Isidorum Hispalensem* instructam, quorum haud exigua pars inedita est, pars e *Charisio* potissimum aliisque grammaticis iam olim constitit, ingenti gaudio sum affectus, quum nuper ex *Repertorio Lipsiensi* a *Gersdorfio* edito (1850, 8. Jahrg. 2. Bd. 2 H. n. 1744) cognovissem, ante annum Parisiis esse editum Catalogum diversarum bibliothecarum Gallicarum hoc nomine inscriptum: *Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques des départements publié sous les auspices du ministre de l'instruction publique,* T. 1, Paris, imprimerie national 1849, 4., in cuius *appendicibus tractatus* ille *de generibus nominum* integer e cod. *Laonensi* membr. fol. sec. VI. (?) exeuntis ab *Le Clerc* animadversionibus instructus editus extaret. Quare quum neque Gissae neque Darmstadii operis illius Gallici nanciscendi spem haberem, averem tamen quam citissime libellum illum cognoscere, magnum meum amicum patronumque literarum mearum *Carolum Fridericum Hermannum,* Professorem Gottingensem literis adii, ut, quum non frustra in copiosissima illa bibliotheca librum illum extare sperarem, exemplum eius tractatus a discipulo aliquo suo, si fieri posset, describendum curaret, qui, qua est semper quum in omnes, qui literarum sunt amantes ac studiosi,

tum in me maxime benevolentia, mox mihi cum ingenti meo gaudio librum ipsum misit, unde, quid vellem, describerem, quem quum accepissem, statim illum *de generibus nominum* tractatum evolvi et quum priorem illam partem, quae iudice Hauptio in *cod. Vindobonensi* unius folii iactura periit, re vera integram in cod. *Laonensi* exstare viderem, tractatum illum baud contemnendum, cuius etiam prior pars nova quaedam poetarum loca continet, diligentissime cum exemplo Hauptiano contuli, qua ex comparatione intellexi, priorem quidem illam partem, quae in *cod. Vindobonensi* desideratur, incipientem a nomine *Aegyptus* et usque ad nomen *Canis* pertinentem, a quo incipit codex *Vind.*, non minore copia exemplorum instructum esse, quam posteriorem ab Hauptio e cod. *Vindob.* editam in eaque non minus pretiosas ac novas quidem veterum ac recentiorum scriptorum, inprimis poetarum reliquias esse servatas, in quo unum illud dolendum, quod librarius *codicis Laonensis* scribendi opera potius, quam defectu argumenti, ut videtur, fatigatus inde a nomine *Opes* (apud Haupt. p. 90, 19., apud Le Clerc Nr. 238.) exempla scriptorum omisit neque quidquam nisi nuda vocabula cum generis nota descripsit, v. c. *Opes,* gen. fem. pro eo, quod in cod. Vind. exstat: *Opes* gen. fem., ut *Paulinus*: *Has opes condens domino peremi.* Quod quum ita sit, Le Clerc mancam illam partem posteriorem ex exemplo Hauptiano ita supplevit, ut vel vitia codicis Vindobonensis, quamquam ab Hauptio essent emendata, integra omnia nescio an dicam perversa religione repeteret, ut quasi codicem ipsum ex hac quoque parte repraesentaret, v. c. n. 252.: *Cygnus stroprosa peccat inter pulpita,* ut est in cod. Vind., pro quo recte Haupt. restituit *stuprosa*, neque tamen ubique sibi constitit. Priorem quidem partem a nomine *Egiptus* usque ad *Os de ossum* integram cum omnibus vitiis codicis repetivit, nisi quod manifesta vitia in notis emendavit. Utrumque autem codicem ex eodem fonte sive ἀρχετύπῳ esse deductum communis utriusque codicis vitia, quae vel ad singulas literulas pertinent, ac vel in *lemmatis* conspicua sunt, manifesto ostendunt, v. c. n. 208. *Mors* pro *mos* in cod. *Laon.* et *Vind.* exstat, nisi quod librarius codicis *Laonensis* multo negligentius ac festinantius exemplum suum descripsit multoque plura menda fecit. Ceterum exemplum illud, unde uterque cod. descriptus est, *uncialibus literis* fuisse scriptum multi loci ostendunt, ubi mala vocum diremptio vel compositio vitium genuit, ut v. c. n. 294. *rosas utiles coronet* pro *rosa sutiles coronet* vel n. 360 *pellibus tidis* pro *pelle Libustidis.* Denique incertum est, utrum librarii an grammatici error sit saepe obvius, quod

genera falso notantur, ut v. c. Nr. 346. cod. Vind. habet: *Tribunal*, gen. *mas.* pro *gen. fem.* Compendia fere nulla exstare videntur, nisi quod saepius *dd* pro *dixerunt* reperitur, quod *Le Clerc dederunt* notare censet, haud scio an non recte. V. not. ad Nr. 18. Jam quum catalogus ille Gallicus maiore pretio constet, quam qui ab omnibus philologis bibliothecarumque rectoribus ematur neque omnium intersit ceteras res nosse, quae in eo continentur, exempli autem Hauptiani integritatem maxime desideratum iri sperarem ab iis, qui in legendis *veteribus grammaticis* versarentur, non ingratam philologis operam suscipiendam arbitrabar, si occasione data libellum illum *de generibus nominum* integrum adhibitis *notis Hauptianis* et *Le Clercianis* separatim in Germania repeterem, inprimis quum, si originem huius libelli quaerimus, ab optimo quodam atque antiquissimo fonte repetendus videatur. Est enim ex eo genere librorum, in quibus olim de *dubio genere* agebatur, quo nomine veteres grammatici, ut *Prisciani* verbis utar p. 639. P., *ea genera* appellabant, *quae nulla ratione cogente auctoritas veterum diverso genere protulit*, ut *hic finis* vel *haec finis*, *cortex*, *silex*, *margo*, vel in quibus, ut idem p. 658. docet, mutatae sunt terminationes, unde diversum genus existeret, ut *hic dorsus* et *hoc dorsum*, *hoc margaritum* et *haec margarita*, quibus etiam admixta videntur fuisse quaedam *de dubio sermone*, in quibus quaerebatur, e duobus pluribusve dicendi modis quis esset melior, v. c. *Fido*, non *fideo*, cetera, quo de argumento integros libros conscripsit *Caper* eumque secutus *Plinius (Maior)*.

Primus autem eorum, quem *de dubio genere* scripsisse constat, est *Flavius Caper*, magister Augusti Caesaris, ut *Pompeius* in *Commento* in *Artem Donati* p. 132. ed. Lindem. tradit, quem Priscianus VII. p. 772. *doctissimum antiquitatis inquisitorem* appellat, quippe qui, ut Tuis, Vir Doctissime, **Osanne**, verbis utar, qui primus egregiam *commentationem de Flavio Capro* et *Agroecio* grammaticis (Gissae 1849) scripsisti, tanta lectionis varietate et eruditione fuerit, ut recentiores grammaticae magistri, id quod fragmenta abunde docent, ex copia exemplorum ab eo largiter expositorum suos hortos irrigarunt ac quasi illinc sese aluerunt. Scripsit autem doctissimus ille grammaticae artis magister non *unum*, sed *plures* libros dubii generis, ut ex Servio ad Virgil. Aen. X, 377. apparet, ubi dicit: *Caper in libris dubii generis* probat dici et *hic obex* et *haec obex*. Hos autem doctissimi grammatici libros propter ingentem doctrinae ubertatem excerpendo paulatim interisse maxime dolendum est, quod illae reliquiae, quas Priscianus excerpendo nobis servavit, summam in eo ubertatem

exemplorum vel ex antiquissimis scriptoribus delectorum, quam in Capro iam veteres Grammatici admirati sunt, fuisse docent, cui quantum excerpendo detractum sit, comparatio eorum locorum nos docet, in quibus eiusdem rei excerpta ex genuino Capro habemus et excerpti *personati* illius Capri, quem **Osannus** meus vocat, l. c. p. 11., ubi e Prisciano l. VI. p. 686. haec afferuntur: „In *C* duo sunt generis neutri *lac, lactis,* quod antiquissimi etiam *hoc lacte* protulisse inveniuntur teste *Capro,* apud quem exempla invenies. *Plautus* in *Menaechmis* (V, 9, 30.): *Neque aqua aquae, néque lacte est lacti, crede mihi, usquam similius.* Et *alec, alecis.* Sic *Martialis* (III, 77.): *Capparim et putri cepas alece natantes, Et pulpam dubio de petasone voras.* Horatius in II *Sermonum* (8, 9.). *Pervellunt stomachum siser, alec, faecula Coa.* Est autem *alec* genus piscis. Inveniuntur tamen quidam veterés etiam *haec alec* feminino genere protulisse. Quod autem *Caper* ostendit *de dubiis generibus* Verrium Flaccum posuisse *alecem hanc* dicens, non habet plurale nec *halec* nec *lac.* Nam *hae lactes* partes sunt intestinorum a Graeco γαλακτίδες dictae et servaverunt apud nos quoque idem genus, cuius singulare *haec lactis* est. *Titinnius* in *Ferentina: Craticula, cerebellum, lactis agnina. Pomponius* in *Lare familiari: Oro te, Basse, per lactes tuas,*" quam copiosam disputationem ex integro, opinor, Capro haustam *personatus* iste *Caper de Orthographia* p. 2241. P. ita contraxit: „Adverbia numeri *tot, quot* est monoptoton, ut *lact.* Plurimi negant illud nomen muta posse finiri et ideo dicunt *lacte* esse, non *lact* aut *lac.* Quae paulo plenius ex eodem Capro, nisi fallor, Charisius, qui etiam alibi auctoritate Capri utitur, p. 78.: „*Lactis* nominativum alii volunt *lac,* alii *lact,* alii *lacte e* postrema. Omnino enim nullum nomen muta litera finitur alia nisi *t.* Ideo eruditiores adiunxerunt *t* et propterea genitivum *lactis* facit. Nam tria praeterea inveniuntur, quae litera eadem finiuntur, *caput, git, nepet.* Sed his occurrit, quod nullum omnino nomen duabus mutis literis finiatur, ergo *lacte* sine vitio dicitur. Nam et *Cato* sic dixit: *Et in Italia atras capras lacte album habere.* Sed et *Valgius* et *Varrius* et *Trogus* de *Animalibus:* Haeres *lacte* dicuntur: at consuetudo tamen sequitur." Eandem rem *Claudius Sacerdos* II, 3. ex *Probo,* opinor, *integro,* non *excerpto,* (II, 1, 16.: „C litera unum nomen reperitur terminatum generis neutri, declinationis tertiae: *is* enim facit genitivo: *hoc lac, lactis.* Quidam putant *hoc lact* (Lind. male *lacte)* debere dici, sed non legi, nisi in *Varrone de lingua Latina* (fortasse ex libro *undecimo* ad Ciceronem, ubi teste Charisio p. 106. de declinatione vocis *git*

disputaverat). *Virgilius* (Ecl. II, 22.): *Lac mihi non aestate novum, non frigore defit.* *Plautus* hoc lacte declinavit ubique: *Sicut lacte lacti simile est* (quem locum e *Bacchidibus* citat *Pompeius* p. 233. ubi tamen non exstat, sed simile exemplum in Men. V, 9, 30. exstat) numero tantummodo singulari; nam quod *Plautus* posuit *lactes*, id non a nominativo *hoc lac* vel *hoc lacte*, sed *hi lactes*, genere masculino numero semper plurali. Sunt autem *lactes* partes corporis in intestinis pinguissimae.“ Fortasse etiam *Probus* Capro usus est. Brevius rem tractarunt *Diomed.* p. 228. *Cledon.* p. 1904. Martian. Cap. III, 307 et 279. ed. Kopp., *Cassiodor.* Gramm. p. 530. et 569. ed. Garet. Personatus *Remmius Palaemon* Different. Serm. p. 982. in *Miscell.* Observatt. Crit. Nov. T. IX. Ex recentioribus uberrime, ut solet, *Unger* in *Comment. de C. Valgii Rufi Poematis* de huius nominis genere disputavit p. 185. seqq. Habemus vero etiamnunc in manibus libellum nomine *Capri* de *verbis dubiis* inscriptum apud Putsch. *Grammat. Lat. auctores antiqui* p. 2248. seqq., in quo etiam nonnulla *de dubio genere* immixta reperiuntur, ut: *Vectes hae* et *hi*, ut veteres.“, quorum similia etiam in altero libello *de Orthographia* eidem *Capro* adscripto exstant apud Putsch. l. c. p. 2240. seqq., quos tamen libellos nihil esse nisi excerpta ex variis genuini Capri scriptis, quo solet ingenii acumine doctrinaeque copia nuper exposuit **Osannus** in commentatione supra laudata. Caprum insecutus est *Valerius Probus*, qui singularem librum de *generibus* vel potius, quod verum nomen eius libri fuisse videtur, *de dubiis generibus*, quo nomine citatur a Prisciano p. 659. P., conscripsit, e quo tamen libro nil nisi unum illud testimonium apud Priscianum servatum est, nisi forte *Excerpta* illa *de Nomine*, quae *Probi* nomine e cod. Vindobonensi, olim Bobiensi primum ediderunt *Eichenfeld* et *Endlicher* in *Analectis Grammaticis* p. 215. seqq. partim ex aliis Probi scriptis, partim e libro Probi de *dubiis generibus* deprompta putemus, qua de re v. **Osann** *Beiträge* Vol. II. p. 259. Nec minus etiam *de genere dubio* quantum e reliquiis colligi posse videtur, scripsit *Plinius* (Maior) in libris *dubii sermonis* VIII., quorum reliquias collegit *Lersch* in: *Sprachphilosophie der Alten* p. 179. seqq. Alios veteres grammaticos, qui singulares ea de re libros scripserint, non novi. Nam omnes fere grammaticos in *Artibus*, quas vocant, etiam *de genere dubio* disputasse, certum est. Horum autem omnium copiosissime quum de omni *genere*, tum inprimis *de dubio genere* *Charisius* Caprum, ut videtur, secutus (v. p. 115. in v. *Torques* et *Testu* V. **Osann.** in *Comment.* p. 10. p. 36. P.) et *Priscianus* p. 639. ege-

runt, quorum quidem posterior p. 659. ipse omnia, quae inde a p. 657. usque ad p. 659. de generum diversorum ratione dixerit, ex Capro et Probo (ex singulari, nisi fallor, libro *de dubiis generibus*), quibus interdum etiam Donatum addit, fortasse etiam alios grammaticos secutus, sumpsisse se fatetur. E genuino autem Capro etiam illa excerpta manasse, quae vulgo *Capri* nomine in duobus libellis de *verbiis dubiis* et *de orthographia* apud Putsch. p. 2213. seqq. exstant, iam supra (p. 52.) dictum est. Neque minus e Capro hausisse *incertum* illum grammaticum de *Orthographia*, cuius excerpta exstant apud Putsch. p. 2775. seqq., eo verisimile fit, quod, quamquam plurima ex *Charisio* hausta videntur, cum quo saepissime ad verbum convenit, tamen quaedam singularia habet aliunde non nota, e quibus emicant quaedam vestigia reconditae doctrinae, qualem a Capro fere solo exspectari licet, nisi forte ex integriore *Charisii* exemplo sua descripsit, quum ne optimum quidem ac vetustissimum exemplum Charisii *Neapolitanum* satis integrum incorruptumque mansisse constet, ut quum pagina 2802. de genere vocis *Torques* incertus ille grammaticus haec scribit: „*Torques* nomen generis communis, nam et in *Marco* (nomne *Manlio?*) *Livius* genere masculino et *Cicero* torquem feminino posuere", quae, quamquam paululum corrupta sunt, tamen, si cum iis conferuntur, quae apud Charis. p. 118. reperiuntur: *Torques: hic* et *haec torques*, ut *hic* et *haec canes* a Lucilio libro I. dictas legimus. Ita dixisse veteres Caper *his exemplis* docet. *Naevius Cypriae Iliados* lib. I.: *Collum marmoreum torquis gemmata coronat*, intelligitur plura exempla apud Charisium deesse, quod, quum *exemplis*, non *exemplo* docere rem velle se promittat, quum tamen tantum apparet. Sed si quaeritur, unde sua exempla *Livii* et *Ciceronis* habeat anonymus ille, vel e *Capro* eum ea hausisse existimabimus, vel ex integriore *Charisii* codice, quum sane verisimile sit, Charisium vel Caprum potius etiam masculini generis exempla attulisse, ut *Ciceronis* de *Officiis* III, 32, 111. et de Finib. I, 7, 23. quo utroque loco de *torque* Manlii Torquati agitur, sed etiam *Livius* in eadem narratione lib. VII, 10. masculino genere usus est; feminini tamen generis apud eum exemplum non inveni. Sic quae de declinatione adiectivi *pubes* et *inpubes* tradit p. 2796., quamquam eadem fere integra etiam apud Probum p. 1462. exstant, tamen non est verisimile grammaticum illum sua e diversis fontibus hausisse, unde ego prope adducor, ut hic quoque pariter atque Charisius e Capro hauserit, quo etiam Probus usus videtur, unde tanta illa exemplorum aequalitas explicanda. Quae quum ita sint, dolendum est, quod neque Linde-

mannus neque alii hoc haud contemnendo fonte ad Charisium emendandum usi sunt, quum sane nonnulla singularia habeat. Atque *Servius* quoque in *Commentariis ad Virgilium* quamquam uno tantum loco Capri auctoritate in genere constituendo utatur ex libris *dubii generis*, ut recte iudicare videtur **Osannus** in *Comment.* supra laudata p. 13., ad Aen. IX, 709., multo tamen saepius in eis, quae variis locis *de generibus nominum* tradit, Capro usus videtur, quoniam ipse quoque magnam saepe abundantiam exemplorum ex vetustioribus scriptoribus affert, quam vix aliunde nisi e communi illo exemplorum ubertatis fonte hausit, unde, ut recte dicit **Osannus** l. c., ceteri fere grammatici omnes hortos suos irrigarunt, quae quum satis digna sint, quae tandem ad doctrinam generis rectius constituendam unum in locum cogantur, ne dispersa semper abscondita lateant grammaticorumque diligentiam fugiant usumque communem prohibeant, in *appendice grammatici de generibus nominum* unum in locum collecta ponemus. Sed ex alio fonte, id quod exempla et doctrinae ratio docent, hausisse videtur Nonius cap. III. *de indiscretis generibus*, nisi forte ipse sua e scriptoribus ipsis hausit.

Ad hos iam grammaticos, qui manifesto Capri libris dubii generis usi reperiuntur, vel certe non sine magna probabilitate usi putandi sunt, accedere videtur etiam ille libellus ignoti grammatici, quem *de generibus nominum* primus quamquam initio mutilatum e cod. *Vindobonensi* edidit *Mauritius Hauptius* (a. 1838), quem superiore anno insecutus Vir Doctissimus *Le Clerc*, qui notis et perdocta praefatione primus hunc libellum integrum in Catalogo illo, quem supra nominavimus, e cod. *Laonensi* ex antiqua abbatia Benedictina St. Vincentii, fundata per Brunehaut prope Laonem circa finem sec. VI. (Gall. Christ. T. IX. p. 500.) edidit, nisi quod eum ex copiis Hauptianis complevit, quum, ut supra diximus, in cod. *Laonensi* inde a verbo *Opes* exempla desint, quas ex *Hauptiano* exemplo Le Clerc addidit. Ego vero, quum de causis supra allatis eundem libellum primus integrum in Germania edendum susceperim, hanc rem ita administrandam putavi, ut exemplo *Hauptiano* pro fundamento uterer, in quo quae recte, ut mihi videtur, atque indubie Hauptius et Le Clerc emendassent, haud dubitanter in orationem ipsam reciperem, quae magis dubia viderentur, in notis tractarem; locos scriptorum vel ab Hauptio vel ab Le Clercio accurate indicatos repeterem et si quid primus reperissem, communicarem, denique obscuras significationes grammatici, quantum possem, adhibitis similibus veterum grammaticorum locis explicarem,

indicem denique nominum et scriptorum adiicerem. Atque iam Hauptius perspexit multa in hoc libello exstare, quae cum *Charisio* convenirent; esse tamen quaedam, quae neque apud Charisium neque alibi, v. c. apud Priscianum, reperireutur. Quum tamen Hauptius illam rem non latius persecutus sit, nostrum esse duximus, qui primum hunc libellum in Germania quidem integrum edendum suscepimus, pauca hic de auctore eius indagando exponere, inprimis quum *Le Clercius* quoque in praefatione suam ea de re sententiam protulerit. Qua in re recte administranda primum a vestigiis ex ipso libello petitis proficiscendum videtur, tum ad alios fontes auxiliarios adeundum. Atque primum quidem illud, quod ad genus singularum vocum probandum auctor libelli largissima exemplorum copia ex omnibus fere seculis literarum Romanarum ab *Ennio* usque ad *Fortunatum* et *Isidorum*, quorum alter seculo sexto, alter septimo floruit, repetitis utitur, adducat nos necesse est grammaticum illum seculi *septimi* vel *octavi* post Chr. N. (ultra enim eum non pertinere et utriusque codicis aetas ostendit, quorum *Vindobonensis* seculo *nono* scriptus est [v. *Haupt* p. XXIX.], *Laonensis* iudice *Le Clercio* [Praef. 649.] seculo *sexto* (?) exeunte, et exemplorum quasi quidam aetatis terminus, quippe quae non ultra *Isidorum* pertinent, quod non casu factum videtur, sed quod grammaticus vel ipsis illis temporibus vel paulo post libellum illum conscripsit) ex longe antiquiore fonte hausisse. Jam quum in tanta exemplorum ubertate, quae ille grammaticus vel ex vetustioribus literis Romanorum profert, haud pauca in antiquioribus illis grammaticis, quorum scripta supersunt, plane desiderentur, sequitur, ut ex alio fonte nobis ignoto hauserit, quem, id quod *Le Clerc* quoque suspicatus est praef. p. 650, vix alium suspicere, quum *Caprum* in *libris dubii generis*, nam quod *Le Clerc* suspicatur fortasse etiam simili libro *Probi* usum esse, minus verisimile videtur. Haec autem suspicio eo probabilior fit, quod, quae in reliquiis illis *Capri* librorum *dubii generis* a diversis grammaticis excerpta sunt et quae in *personato* isto Capro excerptorum modo *de verbis dubiis* et *de orthographia* sine ordine dispersa reperiuntur, pariter atque illa excerpta *incerti grammatici de orthographia*, quae et ipsa e Capro sumpta supra p. 13. suspicari nos diximus, maximam partem si non verbis, at re tamen cum iis consentiunt, quae in nostro libello *de genere nominum* exstant, nisi quod admodum levis fuisse videtur iste compilator vel obliviosus, qui sine ordine et critice haud pauca perperam percepit maleque diversa commiscuit, aliena immiscuit, (v. n. 16. 17. 19. 20. 21. 24. 25. 27.), nomina denique

scriptorum, nisi hoc vitium librarii sit, persaepe miro modo confudit, ita ut v. c. *Varronem* pro *Virgilio* citarit, *Virgilium* pro *Tibullo* (v. o. 16.). Haec autem nostri libelli similitudo cum excerptis *Caprianis* quo luculentius perspiciatur, confer notas ad haec nomina, quae paulo post suo ordine persequemur: *Carcer* (n. 76.), *Cannabi* (n. 34.), *Cardo* (n. 71.), *Catinus* (n. 57.), *Cineres* (n. 83.), *Chnes* (n. 72.), *Colus* (n. 44.), *Clibanus* (n. 61.), *Corbis* (n. 51.), *Cornu* (n. 53.), *Colustrum* (n. 73.), *Flos* (n. 114.), *Frons* (n. 120.), *Gladius* (n. 129.), *Laqueus* (n. 191.), *Puteus* et *Putei* (n. 262. 254.), *Puleis* (n. 262.), *Ros* (n. 292.), *Sal* (n. 319.), *Stips* (n. 309.), *Vallus* et *Vallum* (n. 350. 351.), *Vis* (n. 347.), *Vectis* (n. 361). At si quis legerit haec, quae in nomine *Arbor*, qui locus nunc primum e cod. *Laonensi* prodit, his verbis exstant: „*Arbor* gen. fem., ut *Paulinus: Erit ut arbor, quae propinqua flumini*. Ideoque omnes arbores tam in proprio, quam in appellativo nomine fem. gen. sunt vocandae, sed plenius in sequenti *cum de arboribus propria scribemus*", facile, ut recte monet *Le Clerc* in Praef. p. 651., ad suspicandum duci possit, respici hoc loco librum quendam *de Arboribus*, qualis tribuitur *Apulejo Madaurensi*, qua de re v. Boscham ad Apul., unde, nisi aetas grammatici multum differret ab *Apulejo Madaurensi*, facile quis induci posset, ut grammaticum nostrum Apulejum fuisse censeret, inprimis si, id quod tamen prorsus fieri non potest, demonstrari posset, *Apulejum* illum, qui *de Orthographia* scripsit, eundem esse atque *Apulejum Madaurensem*, quod tamen recte negat Le Clercius. Quae quum ita sint, manifestum est nostrum grammaticum nihil prorsus commune habere cum Apulejo illo Madaurensi. Ac ne necesse quidem est, ut grammatici nostri locum ita interpretemur, quasi ille librum de *Arboribus* scribere se velle indicasset, qualem et *Apulejus* et *Columella* scripsit, quum multo simplicius orationisque nexui convenientius sit statuere, grammaticum nostrum *de genere arborum* scribere in animo habuisse, quum sane illa *de arborum genere* doctrina multo magis difficilior magisque dubia sit, quam de ceterorum nominum genere, quod satis ex *Vossii Aristarcho* I, 13. et ex *Conr. Leop. Schneideri* Doctrina Formarum Vol. II. cognosci licet. Quae quum ita sint, recte *Le Clercius* auctorem huius libelli grammaticum quendam magistrum seculi VII. vel VIII. fuisse censet, qui *Capri*, id quod ego unum probo, et *Probi* libris *de dubiis generibus* usus legens vel dictata dans discipulis indicem illum per literarum ordinem dispositum *de generibus nominum* in scholis Romae, Massiliae, Tolosae habitis, ut discipulis suis nomina scriptorum com-

mendaret, quae ipse cum veneratione quadam pronuntiabat, ad marginem exempli sui etiam locos quosdam e lectione *Scripturae Sacrae (Vulgatae) Patrumque Ecclesiasticorum* praestantiorum, *Cypriani, Lactantii,* cui sine dubitatione carmen de *Phoenice* tribuit, *Juvenci, Ambrosii, Prudentii,* quem potissimum secundum *Virgilium* citat, *Sulpicii (Severi), Sedulii, Sidonii Apollinaris, Fortunati, Isidori* aliorumque excerptos notarit et poetarum inprimis exemplis usus sit, quod discipuli, ut solet, facilius versibus quasi memorialibus genus singulorum nominum memoria tenerent. Plurima autem exempla scriptorum ex poetis qui vel Augusti temporibus vel paulo post floruerunt, desumpta sunt, pauca e poetis vel scriptoribus prosaicis posteriorum seculorum. Transit fere grammaticus a Virgilii temporibus ad poetas Christianos praetermissis poetis gentilibus seculi II. vel III. Ex antiquioribus poetis commemorantur *Afranius, Bibaculus, Cornelius (Severus,* ut videtur), *Ennius, Horatius, Lucilius, Lucretius, Macer (Aemilius), Martialis, Maecenas, Melissus, Naevius, Ovidius, Plautus, Pomponius, Petronius, Propertius, Rabirius, Scaevola, Terentius, Tibullus, Valgius, Virgilius, Volumnius* (cuius nomen adhuc prorsus ignotum fuit). E posterioribus nominandi sunt *Ausonius, Avitus, Claudianus (?) Fortunatus, Homerus* (num is, qui Iliados epitomen confecit, qui vulgo *Pindarus Thebanus* vocatur, de quo vid. infra notam ad n. 263.), *Juvencus, Lactantius* (in carmine de *Phoenice), Paulinus, Prudentius, Sedulius, Sidonius Apollinaris.* Ex antiquioribus scriptoribus prosaicis notabiles sunt: *Brutus, Cato, Caelius* (orator?). *Caesar* (in libris de *Analogia*), *Cicero, Cotta (?), Fabianus, Gracchus, Livius, Nepos,* (in scriptis grammaticis?) *Pollio (Asinius), Porcina* (M. Lepidus Porcina, orator) *Sallustius, Trogus (Hist. Animal?), Varro.* Ex *Christianis scriptoribus* s. *Ecclesiasticis* citantur hi: *Ambrosius, Cyprianus, Isidorus, Severus (Sulpicius), (Symmachus), Vulgata Bibliorum.* Obscura sunt nomina posteriorum seculorum haec: *Alexander, Apollonius, Dynamius, ad Frontonium discipuli, Valentinus,* quorum omnium integrum iudicem vide in calce huius libelli.

Hi autem loci scriptorum sunt inprimis, quae huic libello haud exiguum pretium afferunt, quum doctrina grammatici ipsius paene nulla sit, quippe qui nihil aliud spectaverit, nisi ut *genus nominum dubium* doceret exemplisque additis memoriae discipulorum commendaret, praesertim quum iam veterum memoria, tum inprimis illis temporibus, quibus grammaticus scripsit, non tantum *genera nominum,* ut ex indice illo cognoscimus, mirum quantum confundi coepta essent, sed etiam *terminationes nominum,* quum v. c. alius *gladius* diceret, alius *gladium,* in qua ter-

minationum diversitate interdum etiam significationis discrimina inesse putarunt grammatici, ut quum Charis. p. 59. docet: „*Clipeus* masculino genere in significatione *scuti* ponitur, ut *Labienus* ait, neutro autem genere *imaginem* significat," quorum discriminum multo maxima pars inanis esse reperitur. Haec autem generum dubietas, ut cum Servio (ad Virgil. Aen. X, 377.) loquar, antiquioribus temporibus inde orta est, quod de genere incerti erant, quum genus pendeat ex notione nominis, nominis autem notio diverso modo percipi possit, unde ambigebant veteres, quodnam genus singulis nominibus tribuerent, quum alius *hic gladius*, alius *hoc gladium* diceret, neque quisquam generis arbiter exstaret, cuius auctoritatem ceteri omnes essent secuti. Posterioribus autem temporibus, ubi genus maximam partem certo esset constitutum consuetudineque quasi sancitum, maxime ex peregrinarum gentium colluvione dubietas illa generis orta videtur. Unde vel ob hoc ipsum operae pretium est hunc libellum accuratius nosse, qui ad linguae Latinae historiam haud parum conferat et ad literas Romanorum veterum recentiorumque, inprimis Christianorum plenius cognoscendas, quum v. c. nomina poetarum *Scaevolae* et *Volumnii* adhuc in libris de literis Romanorum prorsus ignota fuerint, ut et nomina *Alexandri, Apollonii, Dynamii, Discipulorum ad Frontonium, Valentini*. Quod autem ad ignota illa nomina attinet, paucis exponere conabimur, quid vel coniectura vel historico aliquo testimonio assecuti nobis videamur, inprimis quum etiam *Le Clercius* in eruendis illis satis laudabile studium collocarit. *Scaevolae* nomen affertur n. 72. his verbis: „*Clunes*, gen. fem., ut *Scaevola: Lassas clunes.*" Sed quum in hoc loco grammaticus noster partim cum Charisio p. 18. consentiat, apud quem haec exstant: *Clunes* feminino genere dixit *Melissus* et habet auctorem Laberium, qui in *Ariete* sic ait: *Vix sustineo clunes.* Scaevola et Horatius *et lassas clunes.*" cett., Charisius autem ipse manifesto sit corruptus, Hauptius scripsisse Charisium putat: *vix sustineo clunes* .... et Horatius (Serm. I, 2, 89.): *pulcrae clunes* .... et *Scaevola: lassas clunes*, ex Laberii autem verbis excidisse adjectivum. *Q. Scaevolam* inter *poetas lascivos* commemorat Plinius Ep. V, 3, 5. quem miror praetermissum esse ab *Held* in praeclaro libello: *Ueber den schriftstellerischen Werth der Briefsammlung des jüngeren Plinius*, Bresl. 1833. Nomen *Q. Scaevola* poetae nusquam in libris *de literis Romanorum* inveni; de quo quamquam nihil aliunde constat, tamen in indice *Poetarum Romanorum elegiacorum* in posterum non deesse debebit, quoniam, quum antea nil nisi nomen inane ex Plinio notum fuerit, nunc eiusdem poetae *versiculi partem* habemus. Nam vix quisquam de

Scaevola Jurisconsulto cogitabit. *Melissus*, qui Nr. 61. commemoratur, videtur esse grammaticus et poeta Spoletinus, cuius vitam breviter exposuit Sueton. in Illustr. Gramm. c. 21. quique etiam a Charis. p. 78. l. 8. (cfr. incertum grammaticum de *Orthographia* p. 2779. l. 35. P.) citatur cuiusque *levem musam cum socco* tangit Ovid. ex Ponto IV, 16. 30. V. Jahn. ad Pers. p. 143. Multo minus constat de *Volumnio*, cuius versiculus ab *Le Clercio* egregie emendatus exstat Nr. 46., qui locus nunc demique e cod. *Laonensi* editus est. Opinatur autem *Le Clercius* in praefat. p. 654. intelligi *Volumnium Eutrapelum* amicum Ciceronis, quem cum Cytheride amica apud Ciceronem in convivio accubuisse ipse Cicero Epp. ad Fam. IX, 26. narrat, quippe cui egregie conveniant ea, quae hoc versu quasi ex ore hominis gulosi proferuntur. Animadvertit etiam Le Clerc, posse quem de *Volumnio* scriptore tragoediarum Etruscarum cogitare, cuius mentionem facit Varro de L. L. V. 55 M., de quo v. *Lange* Vindiciae Trag. Rom. Lips. 1822. p. 13., nisi primum hic versus nihil cum argumento tragico commune habere videretur, sed hilaritatem convivii potius spectare, tum *Volumnii* nomen apud *Varronem* ne certum quidem esset, quum in optimis codd. *Volnius* legatur. Addendus est igitur *Volumnius* poetis Latinis Tullianae, ut videtur, aetatis. Porro Nr. 257. *Alexander* quidam scriptor commemoratur, quem Le Clerc p. 657. suspicari quem posse censet esse *Commentatorem Virgilii*, de quo Serv. ad Aen. VIII, 330. Heyn. ad Virg. T. VII, p. 422. Lem., Class. Auct. Vat. ed. Mai T. V. p. XIV. 103., quod non est verisimile, quum potius *Historicus* aliquis *Latinus* ex his, quae h. l. ex eo afferuntur, esse videatur nobis ignotus. Ex iis quidem historicis, quos *Vossius* de *Historicis Latinis* nomine Alexandri (v. *Indicem*) affert, nullus videtur. Multo etiam minus, ut recte Le Clerc notat, liber ille intelligendus videtur, qui *Epistolam de Alexandri expeditione Indica* continet nondum editam. Fortasse est aliquis *Sanctus*, quorum in *Legendis*, quae vocantur, vita continetur, qua de re vide quae modo dicemus. Non magis constat, quis *Apollonius* ille fuerit, quem grammaticus Nr. 132. his verbis inducit: „*Gymnasium*, gen. neut., sicut *balneum*. In *Apollonio: Gymnasium patet*", qui locus tam obscurus est, ut ne sententia quidem iusta insit, nedum ut genus nominis ex exemplo illo cognoscatur. De *Apollonio* nobilissimo illo grammatico Graeco, cuius saepe facit mentionem Priscianus, non cogitari posse recte monet Le Clerc p. 657., qui idem l. c. suspicatur nomen illud esse *Sti.* cuiusdam, qua de re vide paulo post. *Dynamium*, qui Nr. 125. citatur, *Le Clerc* p. 656.

censet posse esse Patricium Arelatensem, cuius poemata vehementer laudet *Fortunatus.* Vid. Hist. Litt. de la France T. I. P. II. p. 232. T. III. p. 457—464. Non magis notus est *Valentinus,* qui Nr. 85. commemoratur, quem Le Clerc p. 656. neque antiquum illum poetam comicum *Valerium Valentinum,* qui ante Lucilium vixit, citatum a Festo v. *Tapullam legem* p. 275. Lindem., a Prisciano p. 579. 712. P., esse recte censet, de quo conferri iubet *Quadrio* storia d'ogni poesia T. I. p. 181. T. IV. p. 718., omissum prorsus a *Bährio* in libro de literis Romanorum, neque Valentinum oratorem Trevirensem, cuius eloquentia in conventu Romanorum a. 70. Gallos ad arma contra dominationem Romanorum vocavit (Tac. Hist. IV, 68.), neque Episcopum Arelatensem praesentem in concilio Sardico a. 347., neque C. Julium Valentinum, cuius mentio fiat in *Inscriptionibus Maffeianis* in *Museo Veron.,* 248, 2., neque alium quem, cuius memoria ad nos pervenerit. Restat mira illa commemoratio *Discipulorum ad Frontonium* Nr. 150.: „*Heremus,* gen. fem., ut *ad Frontonium discipuli: Numquid in sola heremo castitas custodiri potest?*" qua de re Le Clerc p. 657. haec exposuit, quae paulo liberius latine verti: „Huius aenigmatis solutionem, de quo Hauptius nihil reperire potuit, invenimus in *Vitis Patrum Solitudinis s. eremi,* in celeberrimo illo opere, quod vulgo *Vitae Patrum* appellatur, quod, ex quo denuo impressum est, hodie perrarum est. *Vita Sti. Frontonii,* abbatis, opus anonymum, quod Bollandistae putarunt seculo secundo scriptum et quod falso Sto. Hieronymo tributum est (v. *Vitae Patrum* ed. de Rosweyde. Anvers 1615. p. 239. Bolland. *Acta Sanctorum* T. II. Avril. p. 202, R. Gautier. *Les vies et miracles des saints pères* etc. Lyon 1618. p. 336.), ostendit nobis re vera discipulos Frontonii, qui quum a daemone incitati essent, ut relinquerent solitudinem, quo magistrum suum secuti erant, quaerebant: *Eoquid tandem, quia habitantur urbes et villae, privati simus in omne tempus visu Dei? Potestne deus non videri, nisi in deserto?* Haec quidem verba quamquam non plane respondeat loco grammatici *[numquid in sola heremo castitas custodiri potest?]*, tamen, quum eandem rem spectare videantur, fortasse vel memoriter citavit grammaticus, quomodo pro responso Prudentii ad Symmachum Nr. 130., vel aliam interpretationem Latinam secutus est, nam plures ex his vitis Graece olim conscriptae erant. Fortasse etiam *Apollonius* ille Nr. 132. commemoratus [et *Alexander,* ut suspicor, de quo supra p. 19. seq.] est unus ex illis Patribus, de quo v. *Vitae Patrum* ed. de Rosweyde p. 460—465. 469. 477. 717. 747—752. 982. etc. Sed

praestat in hac re dubia coniecturis abstinere. Haec fere *Le Clerc*, cui, et quod libellum illum primus integrum edidit et magna cura ac diligentia doctrinaque et emendavit et illustravit, debitas gratias magna cum laetitia hoc loco publice actas volumus. Magni sane pretii ad literas Romanorum accuratius cognoscendas et ad linguae Latinae scientiam augendam sunt reliquiae illae quamvis exiguae optimorum scriptorum, quas per grammaticum illum primum cognovimus, *Ausonii, Bibaculi, Bruti, Catonis, Caelii, Caesaris, Ciceronis, Claudiani*, si modo is est poeta, cuius integra poemata habemus, *Cornelii (Severi?), Cottae (?), Ennii, Fabiani, Gracchi, Livii, Lucilii, Macri (Aemilii), Maecenatis, Melissi, Nepotis, Naevii, Petronii, Pollionis (Asinii), Porcinae (M. Lepidi), Rabirii, Salustii, Scaevolae, Trogi, Valgii, Varronis, Volumnii*, qua in re unum illud dolendum est, quod, ut supra p. 15. diximus, haud raro vel grammaticus ipse in excerpendo opere Capriano nimia vel festinatione vel inscitia nominum falsum genus tradit vel scriptorum nomina confundit vel, id quod minus verisimile est, librarius in describendo codice nimis negligenter ac properanter versatus est (cuius rei exempla collegit *Unger* in *Comment.* de C. Valgii Rufi poematis Hal. 1848. p. 209. seqq. not.). Sed tamen vel sic libellus ille satis dignus est, qui diligenter ab iis perlegatur, qui historicam ac plenam de genere doctrinam, quatenus ex veterum Romanorum fontibus cognosci potest, constituere velint, id quod ut tandem aliquando fiat, maxime optandum est, quum ex omni disciplina Grammaticae Latinae nullus adhuc locus tam misere imperfecteque tractatus sit, quam is, qui est de *genere*, in quo et *pueruli* frustra desudant et etiam *aetate provectiores* interdum haesitant, quum regulae istae cum exceptionibus ita pugnent, ut nulla prorsus sana ratio in eis appareat ac ne historicae quidem cognitioni satisfactum videatur, quum nondum genus singulorum nominum tam certo constet, ut grammaticis videtur, quum v. c. alius scriptor nomen *finis* et *dies* genere masculino, alius feminino ponat ac ne singuli quidem scriptores sibi constent, quum vel Cicero modo *hic finis* et *hic dies*, modo *haec finis* et *haec dies* sine ullo discrimine dixerit, ut *quae finis* de Legg. II, 22, 55., ubi Manut. *qui* correxit probante Rathio, et Epp. ad Fam. XII, 2, 1. *finem nullam facio cogitandi*, ubi alii contra Medic. cod. *nullum* correxerunt, quamquam *Asinius Pollio* ibid. l. X, 32, 4. scripsit: *praemiorum quis ullam finem aut modum futurum putabit?* ubi item alii *ullum finem* vel *ullam fidem* scripserunt. Sed etiam *Atticus* ad Ciceronem in Epp. ad Attic. IX, 20, 4. scripsit: *Quae finis peregrinationis?* ubi item alii *qui* contra codd. correxerunt. Sic Livius *callis* feminino genere dixit, alii

masculino, qua de re v. Schneider Doctr. Form. p. 99. Ac vereor, ne librarii in describendis scriptoribus iam olim usitatas regulas secuti multos locos regulis istis repugnantes mutarint, ut in ipso illo Livii loco l. 22, 14, 8. in optimis codd. est *per devias calles,* in peioribus *per devios calles,* ubi librarios demum recentiores adiectivi genus mutasse, ex *Nonio* in v. *Calles* apparet, qui hunc ipsum locum de consilio citavit, ut demonstraret vocem *callis* etiam *feminino genere* dici. Universam autem generis doctrinam quum omnium linguarum, tum inprimis Latinae primus, quod sciam, *Pottius,* Professor Halensis summo ingenii acumine ingentique linguarum doctrina praeditus in *Quaestionum Etymologicarum* Vol. II. ita tractavit, ut quam misera adhuc eius rei tractatio in libris Grammaticis Latinis fuisset, ostenderet primusque veram viam doctrinae generis recte et cum ratione constituendae monstraret, quem, ut vulgo fieri solet, pauci intellexerunt, alii nescio qua ingenii tarditate ac pigritia non secuti sunt contenti decantare in scholis praecepta illa *generis latini* medio aevo misere consuta. Et tamen nullus locus grammaticae dignior est, qui historiae philosophiaeque ope illustretur, quum in genere nominum designando vera vita linguarum ingeniique vigor cernatur, quod omnes res externae non solum animatae, sed etiam inanimatae, genere nominibus attributo non exstare solum, sed per cogitationem vivere nobiscum videantur, ut prisco illo aevo arbores cum hominibus colloqui visae sunt. Quam rem primus egregie perspexit exemplisque illustravit Jac. *Harris* in *Herme,* quem inter Germanos primus, quod sciam, ingeniosissimus noster ac doctissimus popularis, Germanarum literarum ingens decus *Jac. Grimm* quamvis aliam fere viam ingressus excepit, a quo si grammatici nostri Latini exemplum sumpsissent, iamdudum res ratione esset peracta, quae sic sine omni ratione per libros grammaticos propagatur, id quod misera illa regularum praecepta, quae omni sana ratione carent, abunde docent, si modo quis ea de re cogitare et possit et velit. Ego vero maxime doleo, quod et temporum angustiis et hac misera literarum nostrarum his temporibus conditione impedior, quominus, id quod antea constitueram, ipse perfectam quandam generis latini disciplinam exstruam, cuius in scholis certe academicis adumbratam quandam imaginem non sine successu dare soleo. Sed haec hactenus. Tempus est enim libellum ipsum, de quo tam multa disputavi, legentibus offerre clementiaeque iudicantium commendare. Vale, Vir Praestantissime, **Osanne,** cuius causa haec scripsi mihique favere perge! Valete Lectores!

Incerti Grammatici

libellus

De generibus nominum.

1. ***Aegyptus*** [1], gen. fem., ut *David* [2]: *Laetata* [3] *est Aegyptus.*

2. ***Aera*** [4], gen. neutri, ut *Virgilius* [5]: *Aera per tenerum.*

3. ***Aurum*** [6], gen. neut., ut illud: *in colites. Arvum*, gen. neut., ut illud: *in colites arvum.* Pluraliter *arva: Galileaque arva* [7].

4. ***Amor***, gen. masc., ut *Juvencus: Fraterno demum iam conciliatus amori* [8].

5. ***Aestus***, de inundatione, gen. masc., ut *Virgilius: Aestumque* [9] *secabant.* Nam de *aestate* intelligeudum est, quaudo femiuiui geueris dicitur.

(Compendia, quibus in notis usi sumus, haec fere sunt: V. significat cod. Vindob., L. cod. Laonens. Gramm. apud Endl. significat *Analecta Grammatica* ab *Eichenfeld* et *Endlicher* e codd. *Vindobonensibus* edita. In citando Nonio M. significat ed. Merc. G. ed. Gerlach.)

1) *Egiptus* L., quo quidem modo quamquam medio aevo fere scribi solebat, tamen literarum ordo iubet scribi *Aegyptus.* Le Clerc literam initialem rubro scribendam omissam esse a librario censet. — 2) Vulg. Psalm. 104, 38. — 3) Letata L., ut fere ubique *e* pro *ae* in cod. L. et V. scribitur. — 4) Cod. L. *Aara.* Le Clerc correxit *Aer*, sed librarius versus Virgiliani memor vel in lemmate *aera* scripsisse videtur. — 5) Aen. 9, 699. — 6) Hoc loco vel grammaticos vel librarius duos articulos, quos vocant, confudisse videtur *aurum* et *arvum*, sic ut alteri exemplum desit, vel quasi balbutiens eandem rem repetivit. — 7) Verba *Galilea per arva* extant ap. Sedul. 4, 189. Ceterum genus nominis grammaticus ideo notasse videtur, quia olim etiam *arvae, arum* dicebatur, ut ex *Naevio* et *Pacuvio* docet Non p. 193 M. vel ed. Gerl. p. 131. — 8) Sic em. Le Clerc e Juvenc. 1, 512, quum in L. extet: *Fraterno demum reconciliatus amore.* — 9) estumque et estate L. Confusa autem olim esse nomina *aestus* et *aestas*, ita ut *aestus* etiam pro *aestate* diceretur, docet grammaticus, ut recte notat

6. ***Artus*** singularem numerum non habet [10]), sed pluraliter masculini gen., ut *Juvencus* [11]) *Splendebunt corporis artus.*

7. ***Ager,*** gen. masc., ut *Dominus in Evangelio: ager hic mundus est* [12]).

8. ***Arbor,*** gen. fem., ut *Paulinus* [13]). *Erit ut arbor, quae propinqua flumini.* Ideoque omnes arbores tam in proprio, quam in appellativo nomine fem. gen. sunt vocandae [14]), sed plenius in sequenti, cum de arboribus [15]) propria scribimus [16]), declaramus.

9. ***Anguis,*** gen. masc., ut *Virgilius: Inimicus* [17]) *immensis orbibus anguis.*

10. ***Ardor,*** gen. masc.: Hinc *ardor* dicendum est et *hi ardores* [18]).

11. ***Archanum*** [19]), gen. neutr.: *Hoc archanum* et *haec archana.*

12. ***Ambago,*** gen. fem., ut *Prudentius* [20]): *Ambage fallit atra.*

13. ***Aedes,*** gen. fem. *edita* dicendum [21]).

14. ***Antrum,*** gen. neut., quia pluraliter *antra* dicuntur [22]).

Le Clerc. Locus est Aen. 8, 674. — 10) Sic em. Le Clerc, Cod. L.: *singuli in numero.* — 11) Locum e Juvenc. 1, 623 em. Le Clerc. Cod. L.: *splendebont.* Cum grammatico consentit Prob. Inst. Art. II, 1, 52 Lind. p. 1474 P.: „*Artus* membra numero semper plurali declinantur," quamquam scriptorum auctoritas etiam singularem admittit. V. Schneid. Gramm. p. 404. *Artua* neutro genere dicta probat Non. p. 191 M. p. 130 Gerl. — 12) Recte notat Le Clerc hunc locum, qui legitur Matth. 13, 38, male citari pro testimonio generis, quum *mundus* sit substantivum, articulus autem *hic* ad vocem *ager* referendus sit. — 13) Recte locum, qui tamen neque apud *Paulinum Nolanum* neque apud *Paulinum Aquilejensem* extat, emendasse videtur Le Clerc, quum in cod. L. sit: *eritque ut arbor, que propinqua flumine.* — 14) vocande L. — 15) De libro illo de *Arboribus* v. p. 16 seq. — 16) Videtur leg. scribemus. — 17) Recte notat Le Clerc voc. *inimicus* abundare in versu Virgil. Aen. 2, 204, ubi etiam *angues incumbunt* legitur. De genere v. Charis. p. 70 et qui cum Charisio consentit, quem Schneider. p. 98 praeteriit, *Incert. Gramm.* ap. Putsch. p. 2777 et Non. p. 191 M. p. 130 G. — 18) Sic recte restituisse videtur Le Clerc, quum in cod. L. extet: *et bis arbor.* Cfr. n. 48: *Canalis* gen. masc., ut *hic canalis et hi canales.* Similiter corruptus videtur locus n. 43. — 19) Le Clerc vult bis arcano, quo non opus, quoniam medio aevo, quo hic libellus descriptus est, sic scribi solebat. Quod ad genus attinet, grammaticus adiectivum et substantivum discernere voluisse videtur. — 20) Cath. 6, 48. Ceterum grammaticus erravit, qui *ambago* scripsit, cuius ablativus esset *ambage,* quum potius *ambages* afferre debuisset. Vid. Serv. ad Virg. Aen. 1, 203, qui sua fortasse ex integro Probo, non ex epitomato II, 1, 21 Lind. p. 1449 P. hausit, quocum paene ad verbum consentit. Ex genuino Probo item, ut videtur, sua habet Claud. Sacerd. II, 17 p. 52 Eichenfeld, Anal. Gramm. Cfr. ibid. p. 206 n. 14. quae item e Probo videntur, ut Incert. Exc. p. 208 n. 35. — 21) Hunc locum manifesto corruptum Le Clerc sic emendandum censet: „*aedis ab aede* dicendum" secundum Prisc. p. 771 P.: *haec aedes, huius aedis, ab aede, harum aedium,* quod non est improbabile coll. Non. p. 494 M. p. 336 G.: *Aedis* nominativo singulari: Varro de vita populi Ro. lib. I *haec aedis* cett., nisi forte grammaticus Varronis locum citavit de L. L. l. VI §. 30 Müll.: *Veneri dedicata aedes,* quamquam idem l. V. §. 156 et 158 *aedis* scripsit sec. codd. In Append. ad Probi Art. Min. ap. Eichenf. p. 444 docetur: *Aedes,* non *aedis.* — 22) Haec doctrina eo spectare videtur, quod secundum personatum istum Caprum de Orthograph. p. 2246 P. ex plurali genus nominis cognoscitur. Sic enim praecipit: Cum de genere alicuius nominis ambigis, plu-

15. *Acumen*, gen. neut., pluraliter vero *acumina* dicuntur.

16. *Brachas*, non *bracas*, ut *Livius: Laxisque bracis* [23]).

17. *Bacae* [24]) multae, *baca* una, ut *Virgilius* [25]): *teritur Sicyonia baca.*

18. *Baculum* [26]) et *baculi*, quia masc. gen. est. Nam quidam dixerunt [27]) *bacilli* et *bacilla.*

19. *Barones* dicendum, sicut *Cicero ad Pansam* [28]).

20. *Babae* [29]) vitiose [30]) dicitur, sed *Papae* [31]) dicendum, sicut *Varro in Satira* [32]).

21. *Barbam tondere* [33]) dicendum, non *facere* [34]), sicut *Varro* [35]). *Barbam* antiqui singulariter dicebant, nunc pluraliter, ut *Virgilius: Interea barbas incanaque menta* [36]).

---

ralem consule numerum, ut puta, si quaeras *hic pratus* sit an *hoc pratum*, plurali numero faciat *prata* nec recipiatur *hi prati*, manifestum est genus. Cfr. ap. gramm. nostrum n. 28. 40. 54. De ipso nomine *pratum* v. not. ad n. 274. — 23) Sic probabiliter correxisse mihi videor scripturam manifesto corruptam ex personato Capro de verb. dub. ap. P. p. 2247: *Brachas*, non *bracas*. Cfr. Schneid. I. p. 401, quamquam ad genus probandum hic locus nihil pertinet. Sed nescio qua mentis aberratione bonus iste grammaticus saepius alienas res huic libello de generibus nominum immiscuit, ut quum Nr. 36 de verbi *Compellare* usu disputat. Le Cl. emendari vult: *bracas a bracis*, quo nihil prorsus lucramur. Verba autem *laxis bracis* apud Ovid. Trist. V, 7, 49 extare docet Le Cl., unde vel oblivinsus fuit grammaticus, quum haec scriberet, vel ex omisso libro Livii verba desumpta sunt, cuius auctoritate etiam alibi utitur, vel denique locus Livii excidit. Sed quum iam supra p. 15 ostenderimus, quantum in scriptoribus citandis erraverit sive grammaticus sive librarius, credibilius est errasse grammaticum, quam locum Livii ante oculos habuisse. — 24) Cod. L. bace multe. — 25) Ge. 2, 518. Fortasse grammaticus consilii sui immemor, ut n. 16, discrimen illud notare voluit, ex quo *bacca* sit *die Beere*, *baca* die Perle, de quo Drakenb. ad Sil. Ital. 8, 131. V. Schneider I p. 401 et Forcellin. in Thes. — 26) Hoc loco, nisi grammaticus ipse titubavit, recte Le Cl. *baculus* emendavit, ut facilius sequenti respondeat collato Capro de verb. dub. p. 2247: „*Baculum hunc*, non *hoc*." *Bacillus* docet extare apud Isidor. Origg. XX, 13: [a *baculo bacillus* per deminutionem] V. Schneid. II p. 472. — 27) Le Cl. sic scripsit: *(dixerunt) dederunt*, ut significaret *dederunt* falsum esse, quod idem tamen intactum reliquit Nr. 23. Idem redit n. 77, 82, 294, 307, ubi in cod. Vindob. extat compend. $\overline{dd}$. Videtur error ortus a comp. $d\bar{i}x$. — 28) Haec doctrina eo spectare videtur, quod quidam *varones* vel *varrones* scripserunt, qua de re v. Forcell. Locus Ciceronis quum in nostra Epistolarum collectione non extet, ex collectione illa *ad Pansam* esse videtur, cuius reliquias collegit Orell. Opp. Cic. Vol. IV. P. II p. 465, VI, ubi hoc fragmentum adde. Praeterea Cicero saepius hac voce usus est. V. Forcell. — 29) Babe. — 30) vicisse. — 31) pape cod. L. *Babae* ex Plaut. Pers. V, 2, 25. Pseud. 1, 3, 130. Stich. V, 7, 3 affert Le Cl. Cfr. Hand. Hor. Turs. Vol. II in v. *Babae* et Seyfert Gramm. Lat. T. II p. 290. — 32) Nota est Varronis Satira *Papia papae* περὶ ἐγκωμίων, de qua v. Fr. Oehler Satir. Varron. Rell. Ceterum hic quoque locus a proposito grammatici alienus est. — 33) Cod. L. tundere. — 34) Eandem fere doctrinam habet Char. p. 74 P., sed aliam Cap. de verb. dub. p. 2243: „*Barbam hominum*, *barbas pecudum* dicimus, idemque ex genuino, credo, Capro Serv. ad Virg. Ge. 3, 311. Aen. 2, 277 et inc. Gramm. ap. Putsch. p. 2779. Dictio *barbam facere* extat apud Lamprid. in vit. Elagab. 31: *Novacula barbam facere*, quem locum affert Forcell. — 35) *Varronis* locus aliunde non notus; Virgilii extat Ge. 3, 311, ubi v. Serv. — 36) cod. L. *mente.* —

22. ***B u b u m*** [37]), avis, gen. fem., ut *Virgilius* [38]): ***Solaque culminibus ferali carmine bubo*** [39]).

23. ***B a l n e a s,*** antiqui dixerunt [40]), nunc neutri gen. ***balneum*** et ***balnea.***

24. ***B i r e m a s*** [41]) dicebant antiqui naves, nunc ***biremes*** melius, ut *Virgilius* [42]): ***Phrygiasque*** [43]) ***biremes.***

25. ***B o v e s,*** gen. fem., ut *Virgilius* [44]): ***Meas errare boves*** [45]).

26. ***B a x e a s,*** calciamenta feminarum, ut *Varro* dicit [46]).

27. ***B e a v i t,*** beatum fecit et ab hoc ***benignitas*** dicta, quia beat. Sic *Horatius* [47]): ***Seu te in remoto gramine per dies Festos reclinatum bearis*** [48]).

28. ***B u s t u m,*** gen. neut., quia plura ***busta*** dicuntur [49]).

29. ***C a r e c t a,*** *Virgilius* [50]) in ***Bucolicis*** [51]): ***Tu sub carecta latebas.*** Nunc ***caricta*** [52]).

30. ***C i r c o s*** antiqui, nunc ***circulos*** dicendum [53]).

31. ***C o n f l i g i t*** et ***conflictus,*** non ***conflixus*** sicut *Virgilius:* ***Inflicta vadis,*** non ***inflixa*** [54]).

32. ***C o n t i g u u m,*** quod tangi potest, sicut *Virgilius* [55]): ***Hunc ubi contiguum missae fore credidit hastae*** [56]).

33. ***C e l u m,*** gen. neut. *Virgilius* [57]): ***Eripiunt subito nubes celumque diemque.*** Pluraliter autem ***celi,*** ut illud: ***Commovebuntur celi fragoribus*** [58]).

---

37) Recte Le Cl. nisi grammaticus erravit, *Bubo* correxit. De genere v. Non. p. 194 M. p. 131 G. — 38) Aen. 4, 462, ubi v. Serv. Add. Forcell. — 39) Cod. L. *volaque culmininibus fera de carmine bubo.* — 40) Sic emendavi, quum in cod. L. sit *dederunt.* V. not. 27. Notat Le Cl. hanc observationem non convenire cum Charisio p. 76 (et *Incert.* de *Orthogr.* ap. P. p. 2779) allato Cic. pr. Sext. Rosc. c. 7: *Occiditur ad balneas Palatinas.* Cfr. *Pompeii* Comm. in Donat. p. 150 Lind. et Schneid. Vol. II p. 492. — 41) Sic recte, opinor, em. Le Cl., quum in cod. extet *birimas* et *birimes,* quum de duplici forma adiectivi *biremus* et *biremis* agi videatur, quamquam nos non aliam formam praeter *biremis* novimus. Fortasse tamen antiquior aliquis poeta vel *Ennius* vel *Livius* dixit *biremus,* ut *imbecillus* cett. — 42) Aen. 1, 182. — 43) *frigias* cod. L. — 44) Ecl. 1, 29. — 45) Cod. L. *meus arari boves.* — 46) Locus Varronis ignotus. Cfr. Forcell. Videtur grammaticus *pluralem* numerum notare voluisse, quum singularis perrarus sit. — 47) *Oratius* L. Locus et Carm. II, 3, 6. — 48) Cod. L.: *seum remota gramini per dies festus reclinatum beares.* — 49) V. not. 22. — 50) Ecl. 3, 20. — 51) *bucolices* cod. L. — 52) Haec orthographia in libris orthographicis nondum e codd. notata est. — 53) V. Osann. ad Cic. de Rep. p. 379. — 54) In cod. L. extat *conflexatus* et *flicxa,* quorum prius recte em. Le Cl., alterum in *flixa* mutavit, pro quo rectius *inflixa* scripsisset, ut Virgiliano (Aen. 10. 303) *inflixa* responderet, quum de participii forma recte constituenda agi videatur, quum alii *flixus* dixisse videantur, quarum formarum prior tamen nondum a grammaticis notata est. Sed quum eadem ratione olim a *figo* et *fictus* et *fixus* dictum reperiatur, qua de re v. *Struve* Lat. Declin. u. Conjug. p. 241., non improbabile est olim et *flixus* et *flictus* dici esse solitum. — 55) Aen. 10, 475. — 56) Cod. L.: *hunc vobis contiguum misse fore.* — 57) Aen. 1, 88. — 58) Hoc unde sit, ignoro. De declinatione huius

34. *Cannabi*, gen. neut., non *cannabis* [59]).

35. *Coturnicem* antiqui. *David,* nunc *coturnix* [60]).

36. *Compellat* antiqui pro *appellat,* ut *Virgilius: Erican vocibus compellat* [61]).

37. *Coruscum* et *vibratum* et crispum [62]), *Virgilius* [63]) pro *tremulo: Tum silvis scena coruscis;* item pro *rutilo coruscus est,* pro *sole rubens* [64]). Item pro *vibrato: Telum coruscat* [65]).

38. *Crabatum* [66]) antiqui, nunc *grabatum,* gen. neut., ut *Bibaculus* [67]): *Nam meo grabato.*

39. *Candens* plena luna dici potest, ut *Virgilius: iuvencum candentem* [68]). Ex quo apparet, commune hoc esse *candenti ex candenti* [69]).

40. *Collum,* gen. neut., quia plura *colla* dicuntur, ut *Prudentius* de serpente *colla fractus sibilat* [70]).

41. *Crepundia* cunabulorum crepitacula, ut *Prudentius: Hunc, quem latebra et obstetrix Et virgo feta et cunula* [71]).

42. *Cuspis* [72]), gen. feminini, ut *Prudentius* [73]): *Pollutam rigida transfigens cuspide linguam.*

43. *Cinctus,* gen. masc. Dicendum *hic cinctus* et *hi cinctus* [74]).

---

nominis vide praeter ea, quae Schneider p. 476. contulit, Non. p. 197. M. p. 133. G. interpr. ad Petron. c. 39. 45. Cfr. infr. n. 123. — 59) Cap. de verb. dub. p. 2247. P. *Canabe* (sic!) *hoc,* non *canabis.* Neutr. forma nondum a grammaticis notata est. — 60) Hic locus manifesto corruptus videtur e Capro de verb. dub. p. 2248. P. emendandus, ubi est: *Coturnices,* non *cocturnices,* quae orthographica differentia in libris orthographicis nondum notata est. Locus Davidis est Psalm 104, 40.: *Venit coturnix* — 61) Sic cod. corrupte, quem locum Le Cl. ex Virg. Aen. 4, 34 sic emendat: *Aenean compellat vocibus ultro,* qui tamen illic non legitur, sed Aen. 6, 499 extat: *Notis compellat vocibus ultro.* — 62) Cod. L. *rispum.* — 63) Aen. I. 164., ad quem locum v. Serv. et ad Ge. I, 233. — 64) Ge. I, 233. — 65) Aen. 12, 887 et 918. — 66) Cod. L. *Crebattum.* — 67) Sic recte haud dubie Le Cl. em., cod. L. *Babiculus.* Addendus est autem hic locus poetae Bibaculi reliquiis carminum eius a *Weicherto* collectis in *Poett. Lat. Rell.* Lips. 1830. p. 203—240. Sed emendandum videtur: *Nam in meo grabato.* Ex eiusmodi autem versibus non optime iudicari posse de ingenio poetae censet Le Cl. Ceterum non tam de orthographia vocis h. l. agi videtur, utrum *crabatum* an *grabatum* scribatur, sed de dubio genere, quamquam neutri generis exemplum non novi, ex *Bibaculi* autem versu nihil de genere dubio decerni potest. — 68) Aen. 9, 627. 628. — 69) Le Cl. em. *candenti et candenti,* quo quid faciam, nescio. Mihi tamen Servii interpretationem huius vocis ad Virg. Aen. 4, 61. legenti: *candentis, candidae,* in mentem venit legere *candenti* et *candidae.* — 70) Apud Prudent. Cath. 9, 90. alii leg. *colla fractus sibila.* De genere v. Voss. Arist. III, 36. p. 482. ed. Hal., ubi adde *collus* ex Frontonis Epp. ad Antonin. II, 12. p. 168. ed. Rom. 1823. Cfr. supra not. 22. — 71) Sic hunc locum e Prud. Cath. 11, 98. restituit Le Cl., quum in cod. perquam corrupte extet: *Crepundia cunenatorum habitacula, ut Prudentius: hunc quem latebra cimule,* nisi forte *cunularum crepitacula* praestat. — 72) Cod. L. *Cospis.* — 73) Psychom. 718. — 74) Sic restitui hunc locum similiter corruptum, ut

44. *Colus* in lanificio [75]) sicut *Cicero* [76]) docet.

45. *Cupido*, gen. fem., ut *Virgilius: Audentem extrema cupido est Certa sequi* [77]).

46. *Cyma*, alii *cymam*, ut *Volumnius: Stridenti dabitur patella cyma* [78]).

47. *Capillum* antiqui singulariter, sicut *barbam*, sed nunc pluraliter, ut *Virgilius: comptos ex more capillos* [79]).

48. *Canalis*, gen. masc., ut *hic canalis* et *hi* [80]) *canales*, ut *Avitus* [81]): *In externum* [82]) *certans manare canalem.*

49) *Caminus*, gen. masc., sicut *Pollio* [83]) *Asinius.*

50. *Calcem* hominis aut iumenti, fem. gen. dicendum, ut *Virgilius: Fer-*

---

superiorem n. 18, collato loco simili n. 48. Cod. L. *hunc cinctus et bis cinctus.* Recte Le Cl. confert Cap. de verb. dub. p. 2248. *Cinctus*, non *Cinctum*. Adde hos locos iis, quos collegit Schneid. p. 471. L. — 75) Cod. L. *colos in lanificio.* — 76) de Or. II, 68, 277. ex alterius dicto: *Quid tu, Egilia mea? quando ad me venis cum tua colu et lana?* Cap. p. 2248. *Colus haec in lanificio.* Cfr. Schneid. p. 447, ubi adde locum Probi Inst. Art. II, 1, 45 ed. Lind. p. 1467 P. — 77) Sic e Virg. Aen. 2, 439 restituit Le Cl., quum in cod. corrupte extet: *habenda ceta cupido*, unde tamen facilius quis effecerit: *habendi caeca cupido*, ut est apud Plin. H. N. XXXIII, 3 *habendi cupido* et *caeca honorum cupido* ap Lucret. 3, 59 et ap. Ovid. Met. 3, 620: *caeca praedae cupido*, sed quod nihil eiusmodi apud Virgil. extat, praestat sequi emendationem Le Clercii. Spectare autem videtur grammaticus differentiam generis, de qua Serv. ad Virg. Aen. 5, 122: *Horatius* (Carm. 2, 16, 15); *Nec cupido sordidus aufert*, cum significantes *cupiditatem* feminino genere dicamus. Sed dignus locus Servianus, qui integer legatur. Cfr. etiam Acron. ad Horat. Serm. 1, 1, 61.: *Cupidine falso.* „Notandum *cupidine* genere masculino pro cupiditate *nove* poni." — 78) Sic hunc locum, qui in cod. L. corrupte sic extat: „*Clemam*, alii *ciemam*, *ut Volumnius: stridenti dabitur patella clemae*" egregie mihi restituisse videtur Le Cl. coll. Non. 3, 20 p. 195 M. p. 132 G.: „*Cima* neutro, ut Lucilius: *asparagi molles et viride cima.* Feminino Cornelius Celsus etsi minoris auctoritatis posuit: *laetam formosamque cymam*" et Isidor. Or. XVII, 6, 20 p. 581 Lind., ubi tamen significatio tantum vocis explicatur et Priscian. p. 679, ubi de diversa declinatione nominum in *ma* agitur, neque tamen duplex declinatio vocis *cyma*, *atis* et *a*, *ae* notatur. Mirum est autem, quod grammaticus Volumnii (de quo v. supra p. 19) versum attulit, e quo genus nominis neutiquam cognosci potest, quamquam ita saepe peccavit grammaticus. Copiose de huius nominis genere disputat *Charisius* p. 41, qui tamen propter vocis *humilitatem* genus sciri posse negat, quippe quae neque in orationem, neque in historiae dignitatem veniat. Quae nota eo memorabilior est, quod, quum Charisius alioqui optimis grammaticae fontibus, in his Capro usus sit, hunc tamen poetae Volumnii locum in fontibus suis non invenisse videtur, unde facile quis in suspicionem adduci possit, Volumnium illum non antiquioribus temporibus esse adnumerandum, sed grammatici nostri aetati, quod tamen mihi non probabile videtur, quum versus ille sit elegantissimus, Augustene aetatis poeta satis dignus. — 79) Cod. L.: *comptus capillus* contra Virgil. Aen. 10, 832, ubi etiam *de more* extat. De re v. Char. p. 81 et Non. p. 198 M. p. 134 G. — 80) Cod. L. *hi.* — 81) Avit. 5, 135: *Sanguis in extr.* cett. — 82) *extremum* cod. L. De genere v. Serv. ad Virg. Ge. 3, 330 et Philarg. ad Ge. 4, 265, Cfr. Non. p. 198 M. p. 134 G. et Schneid. p. 99. Ex hoc uno autem exemplo intelligi potest, quantum sit nostris canonibus grammaticis de genere tribuendum, quis hodie quoque discipuli perverse ac barbare vexantur! — 83) Sin recte Le Cl. pro *Pullio*, quod habet cod. L. *Pollio* citatur etiam n. 340 et saepius apud Charis. Ceterum generis dubietas eo olim constitisse

rata calce fatigat; *calx* vero aedificiorum, fem. gen., cuius nom. *calcs* per *s*, non per *x*, ut *Varro: calcs circum fura quam* [84]).

51. ***Corbis***, gen. fem., ut *Cato: Corbes messorias* [85]).

52. ***Cubitum*** corporis, gen. masc.; mensurae autem gen. neut. [86]).

53. ***Cornu*** bovis [87]), gen. neut. Sed est arbor *cornus;* de qua [88]) *Virgilius* [89]): *et bona bello cornus,* cuius fructum *cornum*, ut *pomum*, et *corna*, ut idem *Virgilius* [90]): *Lapidosaque corna* [91]).

54. ***Compitum***, gen. neut. et pluraliter *compita*, ut *Prudentius* [92]): *Tam multa surgunt perfidorum compita.*

55. ***Carum*** si per se dicas, gen. neutri est, *caverna* autem gen. fem.

---

videtur, quod alii *caminus*, alii *caminum* dixisse videntur. — 84) Corruptum locum emendare studui, ut potui, quam in cod. extet: *Calicem* et *calice* et *calx* et *cals* bis. Secutus sum autem in emendando Caprum de verb. dub. p. 2241, qui haec tradit: *Calx* dicendum, ubi materia est, per *cs*; at cum pedis est *calx* per *x*, e quo loco patet de differentia significationis per orthographiam facta agi, quamquam illa prorsus inanis videtur, nec nisi a grammaticis conficta, quo diversas eiusdem vocis significationes etiam externo vocum habitu discernerent. Scripsisse autem Romanos certe posteriores non in media tantum voce, id quod antiquiores codd. seculi X docent, v. c. *macsimus*, sed etiam in extrema syllaba vocum monosyllabarum, ut *calcs*, insignis locus docet olim a Pierio ad Virg. Aen. 7, 648 et a Norisio in Orthogr. Pisana p. 206. ed. Harl. e *Probi Arte* desumptus, ut nuper ex *Probi Arte Minore* ab Eichenfeld in Anal. Gramm. p. 233 n. 31 edita cognovimus et quo vir grammaticarum rerum diligentissimus Schneiderus Vol. I. p. 371 usus est, qui idem etiam, ut solet, accurate de genere voris disputavit, cuius testimoniis adde Prob. II, 1, 46 ed. Lind. p. 1462 P. et Probi Art. Min. ap. Eichenfeld l. c. p. 342 n. 540, Serv. ad Virg. Aen. XI, 714, quem locum citat noster grammaticus. In Varronis loco adhuc ignoto, unde desumptus sit, legerim: *Calcs circum furnum, quam* vett. — 85) Cap. p. 2243: *Corbes hae*, non *hi*, et Serv. ad Virg. Ge. I, 556.: „Sane haec corbis dicendum est [feminino genere] secundum Tullium qui ait [in Sestiana] (c. 38): *Messoria se corbe contexit*," unde non dubito, quin grammaticus oscitans *Catoni* tribuerit, quae *Ciceronis* sunt, quamquam et apud Catonem *corbis messoria* in libris *de re rustica*, quorum nos nihil nisi valde corruptam ac detruncatam epitomen in manibus habere videmur, olim extitisse potuit. *Corbis* sine epitheto e Cat. r. r. c. 136. Le Cl. attulit. Cfr. Non. p. 197 M. p. 134 G. Voss. Arist. T. I. p. 376 ed. Hal. vel p. 490. ed. Amstel. Schneid. Vol. II, p. 100 huius vocis genus dubium prorsus omisit. Obiter noto etiam *corbs* olim dictum videri, quod tamen absurde dici censet Gramm. Vindob. ap. Eichenfeld. Anal. p. 135 n. 31, quem locum adde iis, quae eadem de re apud Schneid. II. p. 182 n. 10 extant. — 86) V. Voss. Arist. I, 36 T. I. p. 433 ed. Hal. p. 538 ed. pr. — 87) Cod. L. *boves*. — 88) *qua* em. Le Cl., cod. *quo*. — 89) Ge. 2, 447. — 90) Aen. 3, 649. — 91) Cod. L. *lapidos atque forma*. Le Cl. conferri iubet Prob. in Art. Min. ap. Eichenfeld. Anal p. 337, Cap. p. 2248: *Cornu bovis, cornus arbor*. Cfr. et de genere et de declinatione vocis *cornus* et *cornu* Serv. ad Virg. Aen. I, 212., quem locum praetermisit Schneid. II. p. 342. Cfr. eund. ad Aen. 3, 649. Eadem fere e Servio Schol. Lucan. 7, 217, ubi cfr. Weber. not. et Gramm. Vindob. ap. Eichenf. Anal. p. 139 n. 47. Prob. Inst. ap. Lind. I, 4, 7 p. 46 ed. P. p. 1392 et p. 1441. Lind. II, 1, 4 et 8 13 et 56 p. 1476 P. Ex quis locis supplenda sunt, quae Schneider. l. c. tradit. — 92) Apoth. Praef. 7. De gen. masc. *compitus* vid. Non. p. 196 M.

Scribuntur *cavi parietes, cavae speluncae, amplae cavernae* [93]), Notandum quod *parietes* gen. masc. dixerunt.

56. *Clipeus*, gen. masc., ut *Ennius: Cecidit clipeus* [94]) et *Virgilius* pluraliter *spiculaque clipeique* [95]) dixit et *Pomponius* [96]) gen. neut.: *Clipeum in medio fixum est*, sed non recipitur.

57. *Catinus*, gen. masc., *ut Maecenas: Ingere fumantes calido cum farre catinos* [97]).

58. *Callum*, gen. neut., ut *Cicero: Ipse labor callum obduxit. Callidos autem dixerunt quidam, quorum tanquam manus opere, sic animus usu concalluerit* [98]).

59. *Cameli*, gen. fem., dicendi [99]).

60. *Cortinna* per duplicem *n*, non *cortina* [100]).

61. *Clibanus*, gen. masc., ut *Melissus* docet [101]).

62. *Comae* [102]) et *coma*; nam quidam vetabant dici, sed nunc admittitur.

---

p. 133. G. — 93) Cod. L. *cave spelunce, ample caverne*. Cfr. Nr. 250. et Prob. Art. Min. ap. Endl. p. 282. n. 255. — 94) Locus *Ennii* recens fragmentis accedit. Videtur sermo esse de *ancili* Numae, unde locus libro I. Ann. tribuendus esset. — 95) Sic emendandum e Virg. Aen. 7, 186. In cod. extat: *sceptraque clipei* sine altero *que*. — 96) Sic recte Le Cl. e Char. p. 59. restituit pro *Pompeius*, quod in cod. L. extat, itemque apud. Charis. indice Le Cl. falsa lectio *in medium* servata a Bothio Fragm. Com. p. 107. Munk. de Pomponio Bonon. p. 66. et Lindem. ed. Char. p. 42. mutanda est *in medio*. De genere et differentia vocum *clipeus* et *clipeum* v. Serv. ad Virg. Aen. 9, 709.: Lectum est etiam *hoc clipeum*, ut probat *Caper*, quod magis debemus accipere" (scil. loco Aen.). Id. ad Aen. 3, 286.: *Clipeum* hic masculino, ut neutro alibi (9, 709.). Cfr. Voss. Arist. III, 36. p. 432. ed. Hal., p. 557. ed. pr. Schneid. II. p. 487. — 97) Sic egregie corruptam codicis Laon. scripturam: *Micenas et: et fumantes celi dum cum ferre catinos* emendavit Le Cl. Antiquiores editores carminum Maecenatis, et Albert. Lion p. 28 versum invenientes apud Char. p. 61: *Jugeribus fumans calidocum farre catinos* non potuerunt corrigere. Et est etiam *ingeribus* in *Frandsen: C. Maecenas Leben* 1843. p. 161. Barth. Advers. III, 7 voluit *gigeriis*. Cap. p. 2249: *Catinus hic*, non *catiblis* corrupte, nisi foedum mendum typothetae est, unde fort. e Char. restituendum: *Catinus hic*, non *catinuli*, at tamen Varro ad Ciceronem II. (num in libris de L. L. ?) teste Char. *catinuli* scripserat. — 98) Sic recte locum Ciceronis e Tusc. II, 15, 36. et de Nat. Deor. III, 10, 25. conflatum in cod. L. corruptum: *Callideus, ut dixerunt quidam, quorum tanquam manus opere, sic manus usu concaluerit*, restituit Le Cl. Apud Cic. priore loco extat: *Ipse labor quasi callum quoddam obducit dolori*, altero: *Callidos autem* (appello) *quorum tanquam manus opere, sic animus usu concalluit*. Atqui priorem Tullii locum eiusdem doctrinae causa etiam Char. p. 55. affert, e quo Le Cl. falsum illud: *gen. masc.*, quod in cod. L. extat, correxit, quod propter solitam negligentiam sive grammatici, sive librarii intactum reliqui. Videntur autem quidam *callus* dixisse. — 99) *dicendae* propter *gen. fem.* correxit Le Cl. De genere nominis dubio v. Forcell. — 100) Sic probabiliter correxit Le Cl., quum cod. L. corrupte habeat: *Cortina per duci circum non cortina*, quamquam mihi quidem haec orthographia aliunde non nota est. — 101) Le Cl. em. *Clibanus* coll. Cap. p. 2248. P.: *Clibanus hic*, non *clibanum hoc*. De Melisso v. supra p. 19. — 102) Cod. L. *comene*. Sententia grammatici paulo obscurior est. Videtur significare velle olim *comae* pluraliter in usu fuisse, postea autem etiam *coma* vel solum potius usitatum, et

63. *Compago*, gen. fem., ut *Varro: haec compages* [103]).

64. *Crinis*, gen. masc., ut *Caesar* [104]) *de Analogia*.

65. *Callis*, gen. masc., ut *Virgilius: Per occultos lucebat semita calles* [105]).

66. *Carcer* a *coercendo* dictus [106]), ut *Virgilius:* gen. masc.

67. *Corcodrillus* [107]), gen. masc., nam prius *crocodillus* dicebatur.

68. *Cancer*, bubo, gen. [108]) neut., ut *Livius: Malum latere solet immedicabile cancer*. Pluraliter autem *cancromata* dicenda.

69. *Canis* [109]), gen. fem., ut *Virgilius* [110]), *Rapidae* [111]) *venantis* [112]) *Iuli Commovere canes*.

70. *Culter*, gen. masc., ut *Virgilius* [113]): *Subponunt alii cultros*.

---

cani, capilli, barbae pluraliter dicebantur, quanquam nemo alius grammaticus hoc tradidit. — 103) V. n. 12. cum not. 20. — 104) Cod. L. Cesar. Hoc fragmentum ex Caesaris libris de Analogia novum accedit collectioni fragmentorum, quam fecit *Lersch* in: *Sprachphilos. der Alten* Vol. II. p. 129. seqq. et videtur Caesar ex numero eorum fuisse, qui docere solebant, nomina in *nis* esse masculini generis, qua de re v. Schneid. II. p. 98, ubi adde Char. p. 78 e Verrio Flacco et Serv. in Virg. Aen. 2, 354. Prob. in Art. Min. ap. Endl. Anal. p. 336 n 513. et Incert. Excerpt. Gramm. p. 207. n. 31. Cap. de Orthogr. p. 2244.: Omnia nomina in *Is* masculina sunt, ut *hic funis, crinis, cinis, amnis*, ubi, ut exempla docent, *Nis* pro *Is* legendum videtur. — 105) Sic recte e Virg. Aen. 9, 383. emendavit Le Cl., quum in cod. L. sit *Calcis* et per *occultus luc. semita calcis*. Idem articulus repetitur Nr. 92. Cfr. de genere Schneid. p. 99., ubi add. Inc. Gramm. ap Endl. Anal. p. 103. n. 180. et Non. p. 197. M. p. 134. G. — 106. Cod. L. coarcendo. Le Cl. notat *Carcer a coercendo [quod exire inclusi prohibentur]* esse apud Varr. L. L. V, 151. M., cuius etymologiam partim repetivit Serv. ad Virg. Aen. 1, 54., nisi quod ab *arcendo* derivat. Cap p. 2245.: *Carcer* semper generis masculini singulariter dicitur, in quo homines coercentur; pluraliter vero *carceres*, unde currus effunduntur. Putat etiam Le Cl. grammaticum fortasse Virgilii Ge, IV, 480. et Aen. VI, 439.: *Styx interfusa coercet* ante oculos habuisse. Cum Varrone consentit Charis. p. 19.: *hi carceres a coercendo*. Cfr. Incert. Gramm. ap. Endl. Anal. p. 97 n. 141: *hi carceres*, ἡι ἀφετηρίαι ἀπὸ τοῦ συνέχειν — 107) Sic necessario emendandum videtur, quum in cod. L. extet: *Crocodillus*, quod in altero loco item *corcodrillus* extat, quae est orthographia medii aevi, qualis, ut Le Cl. docet, extat in Phaedr. Fab. 1, 25. in MS. Pithoei. Cfr. Guarini Veron. Vocabularium in h. v. Eadem scriptura extat in duobus codd. Marb. et Lips. in carmine *de Nummo*, quod ex illis codd. edidi in Comment. Critt. in codd. bibl. acad. Giss. v. 303. 309. 714. — 108) Cod L. *bobo*. Intelligitur Graecorum βουβών. Locus autem Livii vix historici videatur, quum quasi versus numerum habeat. De voce *cancroma* v. Forcell. — 109) Ab hoc loco incipit cod. *Vindobonensis*, quo Le Clerc ad supplendum codicem *Laonensem* usus est, in quo, ut supra p. 9. diximus, librarius scribendo, ut videtur, fatigatus a voce *Opes* n. 238 omissis exemplis nihil nisi nuda nomina adiecta generis nota posuit. Le Clerc autem fideliter ac nimis religiose exemplum Vindobonense expressit, qua de re v. p. 9. *Capis* cod. L. *capis* (sic!) V. — 110) Aen. 7, 493, ubi v. Serv. Cfr. Schneid. p. 90. — 111) rapide V. — 112) venanti V. — 113) Aen. 6, 248, ubi Serv.: Dicimus autem *hic culter, cultri*. Nam *cultellus* diminutivum est; *cultellum* penitus latinum non est. E quo apparet fuisse nonnullos, qui *cultrum* dixerint. Hinc genus notavit grammaticus. Cfr. Non. p. 196. M. p. 132. G. Cfr. Nr. 320. E genere autem diminutivo cognosci genus primitivi sive nomen primae positionis, quam veteres grammatici vocabant, plerique veteres grammatici et quidam recentiores docuerunt. Vid. Char. 1, 14, 3 Lind. et p. 126. Plinius et Varr. ap. Pompei. p. 154. Pris-

71. *Cardo,* gen. masc., de cardine, ut *Prudentius* [114]); *Cardo dissolubilis.*

72. *Clunes,* gen. fem., ut *Scaevola* [115]): *Lassas clunes.*

73. *Colostrum* [116]), gen. neut., ut *Martialis* [117]), ut qui: *Colustrum luteum* et *Plautus* [118]): *Meum mel, mea colostra.*

74. *Currus,* gen. masc. et ideo [119]) diminutive *curriculus* [120]): Nam *Cicero curriculos* et *curricula* dixit.

75. *Crocus* [121]), gen. neut. Sed *Macer Aemilius: Pallentesque crocos* [122]).

76. *Crystallum* [123]), gen. neut., ut [124]) *Ovidius: Currus crystallo lucidus* [125]) *alba.*

77. *Corticem* priores [126]) genere feminino dixerunt [127]), sed nunc masculino genere dici debet, ut *Ovidius* [128]): *Rupto cortice* et *Virgilius* [129]). *Tegmina, quis capitum* [130]) *raptus de subere cortex* [131]).

---

cian. I. p. 137. Kr. Gramm. Inc. de Nom. ap. Endl. Anal. Gramm. §. 29. 32. Serv. ad Virg. Aen. 2, 324. 4, 462. 6, 248. Reisig in Scholis Gramm. Lat. §. 97. p. 143. E plurali cognosci vult genus Cap. p. 2246. Sed neutrum horum certum est generis indicium, ut res ipsa docet. — 114) Cath. 9, 72. Cap. p. 2244: *hic cardo* et p. 2249: *Cardo hic,* non *haec.* De fem. v. Prisc. p. 195. 227 Kr. — 115) Serv. cod. L. Recte de h. l. Haupt. p. 75. l. 7: Char. p. 78. P.: Clunes feminino genere dixit Melissus et habet auctorem Laberium, qui in Arieto sic ait: *Vix sustineo clunes.* Scaevola et Horatius et *lassas clunes.* Scripsisse Charisium puto: *Vix sustineo clunes* .... et Horatius (Serm. I, 2, 88): *pulcrae clunes* et Scaevola: *Lassas clunes.* Ex Laberii verbis excidit adjectivum. *Q. Scaevolam* inter poetas lascivos commemorat Plinius Ep. V, 3." Cap. p. 2248: *Clunis hic,* non *haec.* Acron. ad Horat. l. c.: „*Clunes* dixit feminino genere, sed Juven. *hic clunis* dixit, quod tenemus." Add. Non. p. 196 M. p. 133 G. Omisit hanc vocem Schneid. p. 100, qui in summa diligentia multa tamen *de dubio genere* neglexit. Quo magis apparet supremis ducibus grammaticis veteribus totam doctrinam de genere denuo esse retractandam. — 116.) Colustrum et colostra utrobique V. L. — 117) In Lemmate XIII, 38. — 118) Poen. I, 2, 174. Serv. ad Virg. Aen. V, 78: *Colostrum* neutri generis est; nam feminini esse penitus non potest. Unde apparet, nonnullos aliter, fortasse *colostra, ae* dixisse. — 119) Cod. L. om. *ideo.* — 120, *Curriculis* cod. L. Charis. p. 59: *Curriculus* masculino diminutio est *currus;* neutraliter autem *curriculum* spatium ad currendum aptum vel ipsum currendi officium, ut Cic. et Varro loquuntor." Cfr. Non. p. 198 M. p. 134 G. Forcell. in v. *Curriculum* et *Ritter* ad Tac. Ann. XIV, 14. — 121) *Crocum* vult. Haupt. — 122) *crocus* V. *crocis* L. Locus Macri fortasse ex Theriacis est, de quibus v. Bähr Röm. Litg. I. §. 112. De genere nominis v. Serv. ad Virg. Ge. 4, 128. et ad 1, 51. Non. p. 202 M. p. 136 G. Gramm. Inc. ap. Endl. Anal. p. 96 n. 140. Schol. Stat. Theb. 6, 210. Schol. Juven. 7, 208. — 123) *Crist.* bis V. L. — 124) Haupt. censet legendum aut *sed* aut mox *albo,* quod verum videtur. Locus apud *Ovid.* non extat, neque eius omnino videtur, quum metrum non sit elegiacum, quo solo usus videtur Ovidius. — 125) Lucedus V. L. — 126) *Prioris* L. — 127) *Dederunt* L. et Le Cl., qui tamen supra n. 18. *dixerunt* praetulit Vid. not. 27. — 128) Apud Ovid. Am. I, 14, 12 est *derepto cortice.* — 129) Aen. 7, 724. — 130) *Capitur* L. — 131) *Supore cortix* L. *Subore cortix* V. De genere nominis v. Non. p. 199 M. p. 135. G. Serv. ad Virg. Ecl. 6, 63. Cfr. Schneid. p. 112.

78. ***Caseus***, gen. masc., ut *Virgilius* [132]): *Pingues premere caseos.*

79) ***Culmus***, gen. neut. [133]), ut *Nepos* vult. [134]). *Cicero* autem: *Erunt breves culmos* [135]). Ergo non neutrum nec femininum, sed masculinum, ut *Varro* [136]): *In tritici culmo. Virgilius* [137]) dixit: *Mala culmos.*

80. ***Cutis***, gen. fem., ut *Sidonius* [138]): *Ut solidet* [139]) *calidam frigida lymfa cutem* [140]).

81. ***Cingula***, gen. fem., ut *Ovidius* [141]): *Nova velocem cingula laedit equum* [142]).

82. ***Culleum***, gen. neut., ut *Cato* [143]): *Cullea* [144]) *vini.* Dicunt [145]) ali *culleos*, sed non recipitur.

83. ***Cineres***, gen. masc. [146]), ut *Virgilius* [147]) *Iliaci cineres* [148]).

84. ***Cassidem***, gen. fem., ut *Prudentius* [149]) *Aurea* [150]) *cui postquam nudavit cassida frontem* [151])

85. ***Carmen***, gen. neutr., ut *Valentinus* [152]): *Nullus mea carmina laudat.*

---

132) Ecl. 1, 34: *pinguis — premeretur caseus.* Hoc eo spectat, quod quidam *caseum* dixerunt. Vid. Voss. Arist. III, 36, p. 551 ed. pr. T. I. p. 431. ed. Hal. — 133) Errat gramm. in genere. Est enim masc. — 134) *Nepus* V. L. Ubi hoc scripserit Nepos, ignoramus. Fortasse est ex libro aliquo grammatico perdito. — 135) *erunt breves culmos* V. *erit breves culmus* L. De Cicerone Haupt.: Fortasse in *Oeconomicis*. Cfr. Xenoph. Oecon. 18, 2: „ἢν μὲν βραχὺς ᾖ ὁ κάλαμος τοῦ σίτου, ἔγωγ', ἔφη, κάτωθεν ἂν τέμνοιμι, ἵνα ἱκανὰ τὰ ἄχυρα μᾶλλον γίγνηται." — 136) Varronis locus in libris de Re Rust. non extat, unde ex amisso libro videtur. — 137) Ge. 1, 150. Notat genus nominis Gramm. Inc. ap. Endl Anal. p. 103. n160. — 138) Carm. 19, 2. — 139) *s-lidit* V. L. — 140) *limfa* L. — 141) Remed. 236. — 142) *ledit equus* L. *equus* etiam V. Haec doctrina lucem accipit e Serv. ad Virg. Aen. 9, 359: *Cingulum* hominum generis neutri est; nam animalium feminino genere dicimus *has cingulas*. — 143) Locus *Catonis* ex *Originibus* depromptus extat apud Varr. R. R. 1, 2, 7 (V. Lion. Fragm. Caton. p. 31.) unde noster tamen non hausisse videtur, sed ex antiquiore grammatico, qui Catonis librum intellexit. — 144) *culia* L. — 145) *dederunt* L., quod retinuit Le Cl., quamquam idem Nr. 18. emendavit *dixerunt*, ubi v. not. De genere v. Non. p. 197. M. p. 134. G. Voss. Arist. T. I. p. 433. ed. Hal. p. 558. ed. pr. Gramm. Inc. ap. Endl. Anal. p. 106. n. 164: *culleus*, ὁ [illegible]. — 146) Voc. *gen.* addidi ex L., Haupt. om. — 147) Aen. 2, 431. — 148) *aliaci cin.* V. L. De gen. vid. Schneid. p. 100, ubi adde Char. p. 78. Priscian. I. p. 195. Kr. et Non. p. 198. M. p. 134. G. — 149) Sic quidem codd. V. L., sed est locus Propert. IV, 11, 15 desumptus, ut Haupt. ait, ex Char. p. 79 P., nisi potius ex communi fonte utrumque grammaticum hausisse dicendum est. Inde *cassidem* in lemmate, unde non opus est cum Le Cl. scribere *cassida*. — 150) *aureā* V. *aurea* L. — 151) *ferontem* L. Quum apud Virg. Aen. XI, 775 hic versus extet: *Aureus ex humeris sonat arcus et aurea vati cassida*, Servius notat „*cassida* pro *cassis*: nam accusativum posuit pro nominativo," qua figura non opus est, quum *cassida* ex *cassis, idis* factum sit nova forma ex casu obliquo ducta, ut interdum et apud Romanos et apud Graecos factum est, unde recte *cassida, ae,* in Lexicis (v. Forcell.) affertur, qua de re v. Reisig Schul. Gramm. Lat. §. 77b. Consentit tamen cum Serv. Priscian p. 689. Rectius Char. p. 79: *Cassidem* dicimus nos ab eo, quod est *haec cassis*, sed multi *cassida* dicunt: *Aurea cui postquam nudavit cassida frontem* et Virgil.: *Aurea vati cassida.* — 152) Cod. L. Valantinus. De *Valentino* vid. supra p. 20.

86. *Conubium* [153]), gen. neutr., ut *Iuvencus* [154]): *Si quis conubia rumpit.*

87. *Caput*, gen. neutr., ut *Sidonius* [155]): *Et mihi ut vivam capita tolle tria.*

88. *Culmen*, gen. neutr., ut *Sidonius* [156]): *Tolluntur culmina cono.*

89. *Concilium*, gen. neutr., ut *Virgilius* [157]): *Concilium sacrum.*

90. *Convitium*, gen. neutr., ut *Severus* [158]): *Evomuit mille convitia* [159]).

91. *Corpus*, gen. neutr., ut *Virgilius* [160]): *Corpora natorum sternuntur limine primo.*

92. *Callis*, gen. masc., ut *Prudentius* [161]): *Recto calle lineam.*

93. *Calor*, gen. masc., ut *Lactantius* [162]): *Flammam parturit ipse calor.*

94. *Candor*, gen. masc., ut *Prudentius* [163]): *Candore linguis lacteo.*

95. *Clamys*, gen. fem., ut *Severus*: *Divisa clamys* [164]).

96. *Caligo*, gen. fem., ut *Prudentius* [165]): *Caligo terrae* [166]) *scinditur Percussa solis spiculo.*

97. *Dorsum*, gen. neutr., ut *Virgilius* [167]): *Dorsum immane mari,* et *alibi* [168]): *Dorsa caerula.*

---

153) *Cunubium* L. — 154) Iuv. 1, 507 (532). *cunubia* V. *Conubium*, ἐπιγαμία Gramm. Inc. ap. Endl. Anal. Gramm. p. 107 n. 165. De orthographia vocis *conubium* v. Osann. ad Cic. de Rep. p. 231. — 155) Carm. 13, 20: *hic capita, ut vivam, tu mihi tolle tria.* Cfr. Inc. Gramm. ap. Endl. l. c. p. 107. n. 165. — 156) Carm. 18, 3. — 157) Aen. 11, 234: *concilium magnum.* — 158) *Reverus* L. ut infr. Nr 147. Locus est Dial. III, 15. — 159) *evomitum ille* L. — 160) *Corpora natorum* habet Virg. Aen. 2, 214. 6, 22 atque Hauptius putat fortasse memoriam grammatici Aen. 2, 364: *perque vias sternuntur inertia passim Corpora* et 6, 427: *Infantumque animae flentes in limine primo* confudisse, quum potius, quod Le Cl. notavit, ex Aen 2, 364: *sternuntur corpora* et 2, 214: *primum parva duorum Corpora natorum serpens amplexus uterque* conflati videantur. — 161) Cath. 7, 50. De re v. ad Nr. 65. — 162) *Lactantis* L. Locus est in *Phoen.* 96, unde patet iam illis temporibus Lactantium auctorem illius carminis habitum esse. Genus nominis olim dubium fuisse docet Philargyrius ad Virg. Ge. 2, 344: *Si non tanta quies iret frigusque caloremque Inter;* ubi ait: Fuit autem prior lectio: *frigusque calorque*, ut Plaut. (Merc. V, 2, 19): *Neque frigus neque calor metuo, neque ventum neque grandinem.* Cfr. Forcell. — 163) Cath. 2, 70. — 164) Sic recte emendasse videtur Le Cl. corruptam scripturam „*Calamus*, gen. fem., ut *Severus: Divisa calamis*“, qui suspicatur esse hunc titulum secundi capitis *Vitae St. Martini*, ubi est: *chlamydem mediam dividit.* Alibi tale quid frustra apud Sulpicium se quaesisse affirmat Haupt. Scriptura autem *clamis* pro *chlamys* iam apud Romanos usitata fuisse videtur, nam Gramm. ap. Endl. in Append. ad Probi Art. Min. p. 445.: „*Chlamys*, non *clamis.*“ — 165) Cath. 2, 5. — 166) *terre* L. — 167) Aen. 1, 110. — 168) Haupt. notat: Si Virgilium intelligit grammaticus, obversabantur ei *caerula colla* Aen. 2, 381. De genere cfr. Prisc. V. p. 658 Non. p. 203 M. p. 137. G. Cap. 2248: *Dorsum*, non *dorsus.* Cfr. Varr. lectt. codd. ap. Oudend. ad Caes. B. G. 7, 44, 3: dorsum esse ieius iugi aequum, sed *hunc sil-*

98. ***Dies***, apud [169]) Graecos gen. fem., a nobis autem masculine et promiscue dicitur. Nam apud grammaticos alii putant masculini generis esse [170]) eo quod [171]) dicimus *hodie*, quod est *hoc die* [172]), alii feminini generis, quoniam, quae [173]) ablativo casu *e* littera producta [174]) finiuntur Latina, omnia feminina sunt, ut *spes, fides* [caritus] [175]) *facies*.

99. ***Domus***, gen. fem., ut *Virgilius* [176]): *At domus interior regali* [177]) *splendida luxu*.

100. ***Diadema***, gen. neut., ut *Gracchus* [178]): *Purpuram* [179]) *et diadema*.

101. ***Dolus***, gen. masc., ut *Juvencus* [180]): *Hic dolus inimice tuus*.

102. ***Dapis***, gen. fem., ut *Juvencus* [181]): *Quae dapis*.

103. ***Diploidis***, gen. fem., ut *Diploidem suam* [182]).

104. ***Diurnum***, dicitur, quod per singulos dies fit.

105. ***Ebur***, gen. neut., ut *Virgilius* [183]): *Inflavit* [184]) *cum pinguis ebur*, unde et *eburnea*, non *eburrea* dicendum.

106. ***Eculeus*** [185]), gen. masc., ut *Cicero* [186]): *Inequitavit eculeus*.

107. ***Erinacius*** [187]), non *ericius* [188]). Tamen *Rabirius* [189]): *Portarumque* [190]) *fuit custos* [191]) *ericius*.

---

vestrem et angustum. — 169) *aput* L. (bis). — 170) *esse* om. L. — 171) *pro eo* L. — 172) *quod est hoc hodie* V. L. — 173) *que* L. 174) *casu ē litt̄ e producta* L. — 175) Recte hanc vocem, quae ad hunc locum non pertinet, a pio monacho additam incluserunt Haupt. et Le Cl. Quod ad genus vocis *dies* attinet, de nullius nominis genere tam dubitatum est, quam de huius, e qua dubitatione intelligitur, triviale illud discrimen, quod vulgo in grammaticis ac scholis decantatur, ut mille alia, prorsus inane esse, quum ne scriptorum quidem auctoritate confirmetur. Grammaticorum veterum locis, quos diligenter collegit Schneid. p. 347, qui ipse in constituendo genere non prorsus satisfacit, adde Serv. ad Virg. Aen. 1, 732. 2, 354. 5, 783. 10, 467. Prob. Inst. 2, 1, 9. Lind. p. 1443 P. Prob. in Art. ap. Endl. n. 256. Inc. Gramm. ibid. p. 103. n. 160. Non. p. 441 M. p. 299 G. et p. 522 M. p. 337 G. Noster grammaticus cum Charisio p. 58. consentit. 176) Aen. 1, 637. — 177) *interius regales* V. L. Genus fem. docet Gramm. Inc. ap. Endl. p. 105. n. 162. Prisc. V. p. 651. — 178) *Gracus* V. L. — 179) *purpuram* pro *purpura*, quod habent V. L., scripsi e coni. Hauptii, quam probat Le Cl., quod alioqui genus nominis non cognosceretur. *Gracchi* locus nescio *Caii* an *Tiberii* non extat apud Meyer Oratt. Rom. fragm. ed. 2. 1842. Genus autem ideo notatum videtur, quod nomina in *ma* Graeca et 1 et 3 declinationis olim fuerunt. Vid. ad Nr. 46. — 180) II, 601: *Hic dolus est in. tuus*. Videtur olim et *dolum*, ut *dorsum* dictum fuisse. V. ad N. 97. — 181) Nihil eiusmodi neque Haupt., neque Le Clerc, neque ego invenimus. Ceterum legendum videtur *dapes* utroque loco. Vid. Schneid. p. 410, ubi add. Probi Inst. II. 1, 16. Lind. p. 1446 P. Inc. Gramm. ap. Endl. p. 208 n. 39, ubi Endl. citat Schol. Hor. Carm. II, 7, 17. Adde Prisc. I, p. 318 Kr. — 182) Unde exemplum sit, ignoro. — 183) Ge. 3, 193. — 184) ut *flavit* L. Generis significatio eo spectare videtur, quod quidam *ebor* dixisse videntur, unde nomen gen. masc. esset. Nam Cap. p. 2248: „*Ebur*, non *ebor*, quia *Ebur* nomen est." Deinde legendum videtur non *eburea*, quod quidam dixisse videntur. — 185) *equleus* bis L. — 186) Cic. in Verr. II, 4, 20 (43.): *In his equitabit eculeis*. — 187) Erinaceus L., ut vult Haupt. — 188) eritius L. — 189) Rubirius V. — 190) portarumqui L. — 191) *custus* V. Le Cl. comparat

108. ***Error***, gen. masc., ut ***Iuvencus*** [192]): ***Nam tibi praeteritus vitae donabitur*** [193]) ***error.***

109. ***Echinus*** [194]) gen. masc., ut ***Horatius*** [195]): ***Ostrea*** [196]) ***Circeis, Miseno oriuntur echini.***

110. ***Elefantus***, gen. masc., ut ***Rabirius*** [197]): ***Ac veluti Numidis*** [198]), ***elephas*** [199]) ***circumdatur altus*** [200]).

111. ***Effigies***, gen. fem., ut ***Prudentius*** [201]): ***Prisca renascitur*** [202]) ***effigies.***

112. ***Fons***, gen. masc., ut ***Prudentius*** [203]): ***Purusque fons ab aethra*** [204]).

113. ***Frux***, gen. fem., ut ***Virgilius*** [205]): ***Frugesque receptas.***

114. ***Flos***, gen. masc., ut ***Iuvencus*** [206]): ***Primaevo*** [207]) ***in flore negavit*** [208]). ***Pluraliter*** [209]), ut ***Prudentius*** [210]): ***Salvete*** [211]) ***flores martyrum.***

115. ***Fretum***, gen. neut. et pluraliter ***freta***, ut ***Petronius*** [212]): ***Freta Nereidum.***

116. ***Flores***, gen. fem., ut ***illud: Ante tuas fores*** [213]).

Caes. B. C. III, 67: *Erat obiectus portis ericius*, ubi v. Voss. Fortasse hic locus est ex carmine *de bello Actiaco*, de cuius reliquiis v. quae disputat *Bähr* Röm. Litgsch. I. p. 215. Aliud fragm. ex eodem carmine videtur esse Nr. 110. Sed de alio fragmento, quod *Rabirio* tribuit grammaticus N. 815, vid. ibi not. — 192) Iuv. II, 81. — 193) *preteritus vite donarit.* (e scripturae comp. *donarit'* et orthographia v pro *b*) L. *praeteriture* V., qui etiam *donavit.* Ex Nonio p. 204 M. p. 138. G. patere videtur, grammaticum genus vocis ideo notasse, quod alii *errantia* et *erratum* dixerunt. — 194) *ecinus* L. — 195) *Oratius* V. L. Locus est Serm. II, 4, 33. — 196) *ostra* V. Om. vocem L. — 197) *Rabius* V. — 198) *velut in humidis* V. *in umidis* L. — 199) *elephans* L. — 200) *aliis* V. L. Recte Le Cl. emendare videtur: *Ac veluti Numidis elephas circumdatus alis* coll. Lucan. Phars. VI, 208: *Sic Libycus densis elephas oppressus ab armis Omne repercussum squalenti missile tergo Frangit* cett., ubi sermo est de centurione Scaeva, qui ad Dyrrhachium undique quasi elephantus a Numidis presso premitur. — 201) Cath. 3. 101. — 202) *renascetur* V. L. Videtur autem grammaticus genus nominis notasse propter antiquiorem formam *effigia, ae*, de qua v. Non. p. 493 M. p. 335 G. et Forcell. — 203) Cath. 6, 35. — 204) *ab ethra* V. L. *Fontis* nomen igitur olim et feminini generis fuisse videtur, quod negat Schneid. p. 122. Sic etiam *pons* nominatim ut masc. notatur a Capro p. 2244 et *fons* ab inc. gramm. apud Endl. p. 103. n. 160. — 205) Aen. I, 178. Cap. p. 2248 P. sub fin.: *Hae fruges*, non *hi*, unde recte Schneid. p. 117 suspicatur *frux* olim et masculini generis fuisse, ut *crux, lux.* — 206) Iuv. 1, 65 (30). — 207) primevo L. — 208) *iugavit* L. — 209) *pl̊* V., ut fere ubique notante Haupt. — 210) Cath. 12, 125. — 211) *sarvite* L. *Flos* ut masc. nominatim affert Cap. p. 2244 et Prob. de Nomine ap. Endl. p. 222 n. 52. Inc. Gramm. ibid. p. 104 n. 161, unde olim fortasse etiam fem. fuit. — 212) Petron. in amisso carmine. Genus dubium est propter *fretus*, de quo v. Non. p. 205 M. p. 139 G. et Voss. Arist. p. 558 ed. pr. p. 434. ed. Hal. *Fretum*, πορθμός neut. Inc. Gramm. ap. Endl. p. 107 n. 164. — 213) Hoc exemplum non admodum probabiliter e duabus locis conflatum videtur Le Clercio, ex Horat. Carm. III, 10, 3 *me tamen aspernas porrectum ante fores* et Ovid. Am. II, 19, 21 *ante tuos proiectum in limine postes.* Fortasse olim *fore* et *fores* commutabantur, ut *aestus* et *aestas* (v. nr. 5).

117. ***Filum*** [214]), gen. neut., pluraliter *fila*, ut *Lactantius* [215]): *Fila canora lyrae* [216]).

118. ***Funes***, gen. masc., ut *David* [217]): *Funes peccatorum circumplexi* [218]) *sunt me.*

119. ***Funus***, gen. neut.: *Funus hoc exsequimur* [219]).

120. ***Frons*** [220]), gen. fem., ut *Virgilius* [221]): *Fronte sub adversa.*

121. ***Flumen***, gen. masc., ut *Ausonius* [222]): *Redite rursum flumina.*

122. ***Fatum***, gen. neut., ut *Virgilius* [223]): *Fata Sychaei* [224]).

123. ***Favum***, gen. neut., ut illud [225]): *Super mel et favum;* pluraliter autem *favi* et *caeli.*

124. ***Frumentum*** [226]), gen. neut., ut *Virgilius* [227]): *Frumenta in viridi* [228]), *stipula* [229]). Sic et *hordeum* [230]): *Serite hordea campis* [231]); sic et *vinum.* Nam et *Salomon* [232]) dixit: *Scyphos et urceos* [233]) *ad vina fundenda* [234]). Sed prohibent grammatici [235]). Sed et *Virgilius* [236]) dixit: *Nam rivis mella fluent.* Omne enim, quod pensatur in liquidis, *masculino genere* grammatici scribi volunt [237]).

125. ***Filomella*** [238]), gen. fem., ut *Dynamius* [239]): *Laeta sedens filomella* [240]) *fronde.*

126. ***Germen***, gen. neut., ut *Iuvencus* [241]). *Proprio vestitur germine pomi.*

V. Schneid. p. 413. ubi adde Inc. ap. Endl. n. 141. 142. 163. — 214) *filium* L. — 215) Phoen. 50. — 216) *lire* L. Generis notatio eo spectare videtur, quod olim etiam *filus* usurpatum tradit Arnob. 1, 36. V. Voss. Arist. p. 558 ed. pr. p. 433. ed. Hal. — 217) Psalm. 118, 61. — 218) circumplexe V. De genere v. Schneid. p. 101, ubi add. Non. p. 205 M. p. 139 G. — 219) *exequimur* V. Locus ignotus — 220) *Fron* L. — 221) Aen. 1, 166 *frontes sub adversa* V. L. Cap. p. 2248: *Haec frons* et *frontes* hominum; *frons* et *frontes* arvorum. Cfr. Non. p. 204 M. p. 138 G. Inc. Gramm. ap. Endl. n. 163. Fest. v. *Recto fronte* et in v. *Corius.* Schneid. p. 124. — 222) Non invenisse se locum in eis, quae de carminibus eius supersunt, dicit Haupt., neque ne versus quidem videtur. Notavit genus etiam Inc. Gramm. ap. Endl. p. 107. n. 164. — 223) Aen. 4, 20. — 224) *Sicei* L. Quo spectet doctrina generis, dubium est, nisi forte etiam olim *fatus*, i dictum sit, quod exemplis admodum dubiis nititur, quae v. apud Forcell. in v. *Fatus.* — 225) Psalm. 18, 11: *dulciora super mel et favum*, quibus tamen exemplis neutrum genus non demonstratur. De plurali *caeli* v. Nr. 33. Pro *et caeli* legerim *ut caeli.* — 226) *frumenti* L. — 227) Ge. 1, 315. — 228) viride V. L. — 229) *estipula* L., unde Italicum librarium agnoscimus, qui *e* solent praeponere verbis ab *st* incipientibus. Sic et infra nr. 207. cod. V. *alumna* ex Italicismo. — 230) *ordeum* et *ordea* L. — 231) Ge. 1, 210. — 232) Eccles. 2, 8. — 233) *sciphus et urceus* V. L. *scyphus* tamen V. — 234) *fundendus, sed* L. — 235) prohibent *hoc grammaticis* L. — 236) Confusi sunt versus Ge. 1, 132: *rivis currentia vina* et Ecl. 3, 89: *mella fluant illi.* — 237) Confudit grammaticus doctrinam generis cum numeri. Idem tradit Nr. 218. De numero rerum ponderabilium et mensurabilium, sicut liquidarum vid. Char. p. 72. et Inc. Gramm. ap. Endl. p. 101. n. 146. 447. Serv. ad Virg. Ecl. 5, 36. Ge. 1, 210. 215. — 238) *filo mella* L. — 239) De *Dynamio* v. supra p. 19. — 240) *letas edens filo mella* L. — 241) Juv. 1, 738 (702).

127. ***Gaudium,*** gen. neut., ut illud: *Cumulantur gaudia nobis* [242]).

128. ***Gramen,*** gen. neut., ut *Virgilius* [243]): *Mala gramina pastus* [244]).

129. ***Gladius,*** gen. masc., ut *Sedulius* [245]): *Fervidus ingentem gladius consumeret hostem.*

130. ***Genus,*** gen. neut., ut *Virgilius* [246]): *Genus deorum* et *Prudentius* [247]) *contra paganos* genera multa deorum ridicula esse.

131. ***Gens,*** gen. fem., ut *Virgilius* [248]): *Gens inimica mihi.*

132. ***Gymnasium*** [249]), gen. neut., sicut *balneam.* In *Apollonio* [250]): *Gymnasium patet.*

133. ***Guttur*** [251]), gen. neut., ut *Virgilius* [252]). *Triformia guttura pandens.*

134. ***Grex,*** gen. masc., ut *Prudentius* [253]): *Grege candido.*

135. ***Gremium,*** gen. neut., ut *Prudentius* [254]): *Matris* [255]) *adoratum gremium* [256]).

136. ***Glandis,*** gen. fem., ut *Virgilius* [257]): *Querna pellere glande famem.*

137. ***Homo*** promiscui generis. Nam ut *vir homo,* ita et *mulier homo* dicitur et Jesus [258]) ideo filius hominis, quia filius virginis.

138. ***Humum,*** gen. fem., ut illud: *Super aridam humum* [259]).

139. ***Honor,*** gen. masc., ut illud *Apostoli* [260]): *honore mutuo praevenientes* [261]).

140. ***Honos*** [262]) de honore, ut *Virgilius* [263]): *Semper honos regnumque tuum laudesque manebunt.*

---

242) Versus ignoti poetae *comolantur* V. Genus vocis notat etiam Inc. Gramm. ap. Endl. p. 107 n. 165. — 243) Aen. 2, 471. — 244) *passus* L. Genus notat Inc. Gramm. ap. Endl. p. 107 n. 165. — 245) Sidul. V. Locus est 1, 151. Notat genus etiam Cap. p. 2244, quoniam et *gladium* dicebatur. Vid. Voss. Arist. p. 558 ed. pr. p. 434 ed. Hal. — 246) Aen. 4, 12. — 247) *Prudentii* verba ipsa haec non videri censet Le Cl., sed ex libris *Prudentii contra Symmachum* summam eorum sententiam *(l'idée principale des livres de Prudence contre Symmaque)* esse excerptam, unde scripsi *ridicula*, non, ut uterque cod. *ridiculam* (L. red.) Post *esse* supple *dicit.* Fortasse in dubio genere respexit ad nomen *genu* vel *genus*, γόνυ. — 248) Aen. 1, 67. Notavit genus Inc. Gramm. ap. Endl. p. 106 n. 163. — 249) *gennasium* L. bis. — 250) *innapollonio* V. De *Apollonio* v. supra p. 19. — 251) *guttu* L., in quo ordine nominum inverso legitur: *Grex, Guttur.* — 252) Aen. 6, 421: *Tria guttura pandens.* Notavit grammaticus genus, quia et *masculinum genus* extat. V. Non. p. 207. M. p. 140 G. — 253) Cath. 3, 157. De fem. gen. v. Non. p. 208 M. p. 141 G. et Schneid. p. 113. — 254) Ap. 647. — 255) *magis* V. L. — 256) *adoratum* L. De masculino *gremius* v. Inc. Gramm. ap. Endl. p. 105 n. 160 cum not. Endl. a., — 257) Sic V. L. Est tamen locus apud Tibull (II, 1, 38) nisi grammaticus ipse erravit, ut saepe. V. p. 15. De nominativi forma *glandis,* quam negat Schneid. p. 183, vid. locos grammaticorum apud Forcell. in v. *Glans.* — 258) Notat Haupt post *Jesus* duas vel tres literas in V. erasas. — 259) Exod. 4, 9 (?) — 260) Pauli ad Rom. 12, 10, ubi vulgo: *h. invicem pr.* Ante *honore* duae literae erasae in V. — 261) *prev. L.* — 262) *Honus* V. — 263) Ecl. 5, 78 et Aen. 1, 609, sed utrobique *nomen* legitur.

141. ***Harundo*** [264]), gen. fem., ut illud *Evangelii* [265]): ***Harundinem*** [266]) ***quassatam.***

142. ***Hirundo*** avis [267]), gen. fem., ut illud: ***Iam rediit velox hirundo.***

143. ***Hastile,*** gen neut., ut ***Prudentius*** [268]): ***Hastile fixum*** et alibi [269]): ***Hastilia*** [270]) ***fracta videt***

144. ***Hostis*** [271]), gen. masc., ut illud: ***Hostis iniquus adest.***

145. ***Horreum,*** gen. neut., ut ait quidam [272]): ***Horrea vestra frugibus plena.***

146. ***Hiemps*** [273]), gen. fem., ut ***Virgilius*** [274]): ***Emissamque hiemem*** [275]) ***sensit.***

147. ***Haspis*** [276]), gen. fem., ut ***Paulinus*** [277]): ***Parvus extracta trucibus cavernis aspide ludit*** [278]), et ***Severus*** [279]) de aspide: ***Quasi*** [280]) ***incantata carminibus caerula colla deposuit.***

148. ***Humor,*** gen. masc., ut ***Lactantius*** [281]): ***Nec cadit*** [282]) ***ex alto*** [283]) ***turbidus humor aquae*** [284]).

149. ***Humerus,*** gen. masc., ut ***Virgilius*** [285]): ***Os humerosque deo*** [286]) ***similis.*** Singularem numerum caret [287]).

150. ***Heremus,*** gen. fem., ut ***ad Frontonium discipuli: Numquid in sola heremo castitas custodiri potest*** [288]) ?

151. ***Hyacinthus*** [289]), gen. masc., ut ***Lactantius*** [290]): ***Ingentes oculos credas geminos hyacinthos.***

Genus notat etiam Inc. Gramm. ap. Endl. p. 105 n. 160. Videtur autem grammaticus in duplici eiusdem vocis lemmate significationis discrimen spectasse, quale est illud *Agroetii* de *arbor* et *arbos* p. 2260, ut *arbor* omne lignum dicatur, *arbos* nonnisi fructifera, quod quamquam inane est, repetivit tamen Isidor. Origg. 17, 6, 20, 2. — 264) Vide de aspiratione Forcell. in v. *Arundo* et *Wagner* Orthogr. Virgil. in v. *Harundo* Virgil. Opp. Vol. V. p. 441. — 265) Matth. 12, 20. — 266) *har.* L. *arund.* Haupt. ex V. Notat genus etiam Inc. Gramm. ap. Endl. p. 105 n. 162. — 267) *hyrundo aves* V. Versus unde sit, ignoro. — 268) Steph. 10, 29. — 269) Non extat apud Prudent. — 270) *hastilea* V. — 271) *hostes* V. *Hostis adest* habet Virg. Aen. 9, 38, et notat Le Cl. — 272) „An *Iuvencus* II. 813: *horrea nostra — fruge replebit.*" Haupt. — 273) *hiems* L. — 274) Aen. 1, 126. — 275) *hieme* V. L. — 276) In L. ordo inversus est: *Humor, Haspes,* ut V. L. scribunt, cuius vocis aspirationem aliunde non novi. — 277) Carm. 17, 265. — 278) *luet* E. *ludet* L. — 279) *Reverus* L. ut Nr. 90. Locus est Dial. 1, 10. — 280) *quasi de aspide* L. — 281) Phoen. 24. — 282) *necavit* V. L. — 283) *exalto* L. — 284) *aque* L. — 285) Aen. 1, 589. — 286) *hos humeros deoque simules* V. L. — 287) Retinui cum Hauptio structuram accusativi, quum in V. L. sit: *singulare numerum,* quod eadem structura etiam Nr. 293 extat, ubi sibi non constitit Le Cl., qui hoc loco *singulari numero* emendat. De hac structura verbi *Carere* v. Forcell. in v. Ceterum infra n. 363 redit idem locus in v. *Umeros.* — 288) Sic recte em. Haupt., quum in codd. V. L. extet: *Num quid in solam heremum castitas custodire potest.* De re v. supra p. 20. de *masculino* v. Forcell. v. *Eremus.* — 289) *iacinctus* et *iacinctos* L. *iacinthus* et *iacintos* V. — 290) Phoen. 137.

152. ***Ignis***, gen. masc., ut ***Prudentius*** [291]): ***Hunc ignem populus sanguinis incliti*** [292]).

153. ***Incendium***, gen. neut., ut illud: ***Incendia magna videntur*** [293]).

154. ***Iter***, gen. neut., ut ***Iuvencus*** [294]): ***Ad verum convertet*** [295]) ***iter.***

155. ***Ius***, gen. neut., ut ***Iuvencus*** [296]): ***Hoc ius dixere prophetae*** [297]).

156. ***Imago***, gen. fem. [298]), ut illud: ***Imago tua demonstrat*** [299]).

157. ***Iubar***, gen. masc., ut illud: ***Iubar splendidus*** [300]).

158. ***Inguen*** [301]), gen. neut., ut ***Prudentius*** [302]): ***Nutabat inguen saucium*** [303]).

159. ***Imber*** [304]), gen. masc., ut ***Virgilius*** [305]): ***Accipiunt inimicum imbrem.***

160. ***Iugum***, gen. neut., ut ***Lactantius*** [306]): ***Sed nostros montes*** [307]), ***quorum iuga celsa tenentur.***

161. ***Iaculum***, gen. neut., ut ***Virgilius*** [308]): ***Iaculo incedit melior*** [309]).

162. ***Iugerum***, gen. neut., ut ***Prudentius*** [310]) de Juda: ***Obliso luiturus*** [311]) ***iugera collo.***

163. ***Iocus***, gen. masc., ut ***Paulinus*** [312]): ***Inlecebras turpesque iocos.***

164. ***Ius*** de iure gen. neut., pluraliter autem [313]) ***iura,*** id est ***iucella.***

---

291) *p.* pro *Prud.* V. Locus est Cath. 5, 37. — 292) *inclite* L. *sanguis inclite* V. Genus nominis notat etiam Inc. Gramm. ap. Endl. p. 104 n. 161. — 293) Locus ignotus. Notat genus Inc. ap. Endl. p. 107 n. 164. — 294) Iuv. 1, 60 (24). — 295) *virum convertit* V. L. De variis huius vocis formis v. Forcell., ubi adde Char. p. 34, 63, 108. Non p 482, 485, 490 M. Prisc. VI, 7, 38 Kr. Cap. p. 2249: *Itiner* in ratione: *iter* in consuetudine. — 296) Iuv. 1, 716 (680) — 297) *propheto* L. Cfr. Nr. 164. — 298) *neutri* L. *ni* V. — 299) Locus ignotus. — 300) Locus ignotus. Haupt. *albus iubar* ex Ennio ap. Prisc. p. 658 P. citat, *iubar aureus* ex Lucil. Aetn. v. 334 et ex epigramm. in Burm. Anth. Lat. 3, 15, 4. Le Cl. addit Barth. Adv. l. XVI. c. III. p. 865. — 301) *ingens* L. — 302) Cath. 2, 82. — 303) *inguens aurium* L. Notat genus Inc. ap. Endl. p. 107 n. 164. Inguen, βουβών." — 304) *inber* L. — 305) Aen. 1, 123. — 306) Phoen. 7. — 307) *sed trimontes* L. *trimontes* V. De genere v. Inc. ap. Endl. p. 100. n. 143 et p. 107 n. 164. Char. p. 21. Diomed. p. 315. Cap. p. 2768: *Iuga* montium plurale semper; *iugum* enim est iumentorum. Sed Verg. *hoc superare iugum.* (Aen. 6, 676). — 308) Aen. 5, 68. — 309) *iaculum incidit* V. L. — 310) Psych. 537. — 311) *soluturus* V. *solviturus* L. Incert. ap. Endl. p. 100 n. 143: *Haec iugera,* πλέθρα et *iugerum dicimus.* De declinatione v. inprimis *Struvium* de Declin. et Coniug. p. 53 et egregiam Caroli Lachmanni quaestionem in Novo Mus. Rhen. 1844 III, 4 p. 600, quae, ut mille alia vel a novissimo grammatico Latino *Bergero* in Gramm. *Krüz-Berger* prorsus neglecta est, unde factum est, ut obsoleta illa veterum grammaticorum doctrina secure propagata sit. — 312) Carm. 4, 10. De genere et numero v. Schneid. p. 474, ubi add. Char. p. 23. Cap. p. 2768: *Iocum* singulariter neutrale: pluraliter *hi ioci* et *haec ioca.* — 313) *autem* om. L. Pro *iucella* recte Haupt. melius *iuscella,* ut apud Fortunat. Carm. VI, 10, 18: *Plus iuscella coci, quam mea iura valent.* Cfr. Incert. ap. Endl.

165. *Iugulum* [314]), gen. neut., ut *Prudentius* [315]): *Iugulum meretricis adacto Transfigit gladio.* Ab hoc dictum *iugulare.*

166. *Ludum*, gen. neut, ut *Prudentius* [316]): *Ludum volupe*; pluraliter *ludi* dicendum.

167. *Labes* [317]), gen. fem., ut *Paulinus* [318]): *Nulla nos aetas, nulla tibi labes.*

168. *Letum* [319]), gen. neut., ut *Prudentius* [320]): *Letum versatile et anceps.*

169. *Linum*, gen. neut., ut *Sidonius* [321]): *Nive pulchriora lina Gerat* [322]) *orbis* [323]).

170. *Lolium*, gen. neut., ut *Virgilius* [324]): *Infelix lolium.*

171. *Liber*, gen. masc., ut *Prudentius* [325]) ait: *Hic in regestis est liber* [326]) *caelestibus* [327]).

172. *Libido*, gen. fem. [328]), ut *Prudentius* [329]): *Prostrata iaces* [330]), *lutulenta* [331]) *libido.*

173. *Locus*, gen. masc. [332]), ut illud: *Locus ille maximam parabat invidiam* [333]). Pluraliter loca *Virgilius* [334]) dixit.

174. *Laus*, gen. fem., ut *Prudentius* [335]): *Illa laus occulta non est.*

175. *Lumen*, gen. neut., ut *Sidonius* [336]): *Lumina vestra natant.*

176. *Lavacrum*, gen. neut., ut *Prudentius* [337]): *Dum ad lavacrum praeconando* [338]) *curritis.*

---

p. 102 o. 149. Char. p. 19, 22, 72, 97, 109 — 314) *Iaculum*, sed corr. in marg. V. De gen. v. Forcell. — 315) Psych. 49. — 316) Steph. 9, 41. *Ludum discipulis volupe est ut praebeat doctor.* Aliunde neutrum non constat, nec hic locus genus probat, quum structura sit: *Discipulis volupe est, ut doctor ludum praebeat ipse.* Erravit ergo manifesto grammaticus haud admodum doctus compilator. — 317) *labet* L. — 318) Carm. 17, 293: *Nulla nos aetas tibi labis unquam.. revellet.* — 319) *laetum* utrobique V. — 320) Verba *at Prud.* om. L. Locus est Psych. 571. In genere constituendo grammaticus fortasse illam differentiam spectavit, de qua gramm. inc. ap. Endl. p. 226 n. 9: inter *laetum* et *letum* hoc interest, quod *laetus* gaudentem significat, *letum* vero mortem significat — 321) Epist. 9, 13 v. 33. — 322) *lini gerit* L. *linia gerit* V. — 323) *orbibus* L. — 324) Ecl. 5, 37. Ge. 1, 154. — 325) Steph. 10, 1131. — 326) *res gestis liber est* V. L. — 327) *cel.* L. De genere Gramm. inc. ap. Endl. p. 104 n. 161 liber, βιβλίον. — 328) *gen. neutri* L. *neu* V. — 329) Psych. 87: *quod victa iac.* — 330) *iacis* V. L. — 331) *lucul.* L. — 332) *masc.* om. V L. — 333) Hic locus *Ciceronem* redolet. — 334) Aen. 1, 51. De genere v. Schneid. p. 473 coll. Char. p. 58. P. Gramm. apud Endlich. Anal. p. 206, 21: „*Hoc locum* lectum est apud *Ennium*, sed nemo dicit hodie, qui locus reliquiis Ennii addendus. Cfr. Serv. in Aen. 1, 306. Phoc. p. 1706 Art. IV, 3. Lind. Ex his locis complenda, quae habet Schneid. l. c. — 335) Steph. 1, 82. Notat genus Gramm. ap. Endl. p. 105 n. 162. — 336) Carm. 19, 4. Notat genus Gramm. ap. Endl. p. 105 n. 162. — 337) Steph. 10, 158. — 338) prec. L.

177. ***Livor***, gen. fem., ut *Iuvencus* [339]): ***Mox livor daemonis atra.***

178. ***Lucrum***, gen. neut., ut *Paulinus* [340]): ***Sacri lucrum cumulans*** [341]) ***talenti.***

179. ***Lignum***, gen. neut., ut *in Regum* [342]): ***Ligna imputribilia.***

180. ***Limen***, gen. neut., ut *Virgilius* [343]): ***Limine primo.***

181. ***Litus*** [344]), gen. neut., ut *Virgilius* [345]): ***Laviniaque*** [346]) ***venit Litora.***

182. ***Liquor***, gen. masc., ut *Prudentius* [347]): ***Sustinuit gressum domini famulus liquor.***

183. ***Legumen*** [348]), gen. neut., ut *Isidorus* [349]): ***Legumina*** [350]) ***marri*** [351]) . . . et illud: ***Legumina multa.***

184. ***Labor***, gen. masc. ut illud: ***Labor iste non erit irritus*** [352]).

185. ***Ludibrium***, gen. neut., ut illud: ***Ludibria multa sectatus et iugula*** [353]).

186. ***Lucifer***, gen. masc., ut *Sidonius* [354]): ***Nitidus Lucifer.***

187. ***Lapis***, gen. masc., ut *Prudentius* [355]): ***Lapis ecce nostro fixus offensaculo est.***

188. ***Lepus***, gen. masc., ut *Ausonius* [356]): ***Investigatum ferri dolus lepori.***

---

339) „Iov. 1, 403 (367): *Mox livor daemonis atram Cum terrore rapit mentem.* Erroris origo manifesta." *Haupt.* — 340) Carm. 17, 274: *His sorrum lucris cumulans talentum.* — 341) commulans V. L. De genere masc. *lucrus* v. Non. p. 210 M. p. 142 G., ubi locus ex Plauti Pers. IV, 3, 23 affertur, qui masculinum probet, sed quum ne unus ille quidem locus certus sit, vereor, ne grammatici errarint, quum genus neutrum quoque huic nomini tribuerint. V. Voss. Arist. p. 559 ed. pr. 453 ed. Hal. — 342) s *regum* L. Locus non extat in vulgata III. Reg. 1, 6, sed in Esai. 40, 20 legitur: *Forte lignum et inputribile*, quem locum Le Cl. indicavit. Apud Hieron. tamen Epist 64, n. 9 extant *ligna imputribilia.* — 343) Aen. 6, 427. 11, 423. Notat genus Gramm. ap. Endl. p. 107. n. 164. — 344) *littus* L. — 345) Aen. 1, 2. — 346) *Lavinia atque* L. — 347) Ap. 660. Notat genus Gramm. ap. Endl. p. 107 n. 164. — 348) In cod. L. ordo nominum hic est: *Labor, Ludibrium, Liquor.* — 349) *Ysiderus* L. — 350) *ligumen et ligumina* L. — 351) Haupt. notat: „mea culpa mancum, non codicis. Frustra haec verba apud Isidorum quaesivi." Le Cl. proponit: *Legumen, Legumina.* Isidor. XVII, 4 p. 525, Lind. nihil affert, quod locum emendare queat. Locus corruptus sine alio cod. non sanabilis. — 352) Locus ignotus. — 353) Haupt. coni. vel *iocularia*, quod probo, vel *ioca* vel *iocula*. Locus est ignotus. — 354) Locum frustra quaesivit Haupt. Le Cl. citat Ovid. Trist. 1, 3, 71: *Caelo nitidissimus alto Lucifer.* — 355) Ap. praef. 2, 33. De fem. genere v. Schneid. p. 101, ubi add. locum *Ennii* apud Non. p. 515 M. p. 352 G. in v. *Rarenter*, ubi est de Andromacha: *Sed quasi aut ferrum aut lapis dura* (codd. *durat*) *rarenter gemitum conatur* et apud Fest. v. *Philologam* p. 241 Müll. — 356) „In carmine aliquo, quod periit. Fortasse: *investigato ferre dolos lepori*" *Haupt.* De

189. *Lucus*, gen. masc., ut *Virgilius* [357]): *Lucus in urbe* [358]) *fuit media laetissimus* [359]) *umbra.*

190. *Lacus*, gen. masc., ut *Virgilius* [360]): *Accepisse* [361]) *lacu* [362]).

191. *Laqueus* [363]), gen. masc., ut *Psalmista* [364]): *Laqueus contritus est.*

192. *Latex*, gen. masc., ut *Prudentius* [365]): *Cyaneusque* [366]) *latex umbram trahit imminentis* [367]) *ostri* [368]).

193. *Lacunar*, gen. neut., ut ibi: *Credas moveri fluctibus lacunar* [369]).

194. *Limus*, gen. masc., ut *Prudentius* [370]): *Miratus hostis posse limum tabidum* [371]).

195. *Lilium*, gen. neut., ut *Sidonius* [372]): *Lilia permixtis* [373]) *insultavere pruinis.*

196. *Lynces* [374]), gen. fem., ut *Virgilius* [375]): *Quid lynces Bacchi* [376]) *variae* [377]).

197. *Lychnus* [378]), gen. masc., pluraliter *lychni*, ut *Virgilius* [379]): *Dependent ligni laquearibus aureis.*

198. *Mare* [380]), gen. neut., ut *Virgilius* [381]): *Maria omnia circum.*

199. *Mantile*, gen. neut., ut [382]) *Virgilius* [383]): *Tonsisque ferunt* [384]) *mantilia villis.*

200. *Membrum*, gen. neut., ut *Virgilius* [385]): *Solvuntur frigore membra.*

201. *Mustum*, gen. neut., ut *Juvencus* [386]): *Calidum* [387]) *committere mustum*, idemque [388]): *Spumantia musta.*

202. *Murmur*, gen. neut.: *Murmura multa* [389]).

---

fem. gen. v. Bentl. ad Hor. Sat. II, 4, 44. — 357) Aen. 1, 441. — 358) *in urbem* V. L. — 359) *mediatissimus* V. *mediartissimus* L. Notat genus Gramm. ap. Endl. p. 104 n. 161 — 360) Aen. 6, 393. — 361) *accipisse* L. — 362) *lacus* V. — 363) *laqueos* bis L. — 364) psal. V. Locus est 123, 7. Notat genus etiam Cap. 2241, unde de genere dubitatum videtur, quum alii *laque um* dixisse videantur. — 365) Steph. 12, 41. — 366) *cianeus* V. *tianeus* L. omisso *que*. — 367) *immin* L. — 368) *hostri* L. Genus fem. Priscian. p. 658 P. ex *Accio* affert: *Non calida latice lautus.* — 369) Leg. *ibidem*, i. e. ap. Prudent. Steph. 12, 42. — 370) Cath. 7, 191. — 371) *tabium* L. Notat genus Gramm. ap. Endl. p. 104. n. 160. *limus*, ilic. — 372) Carm. 2, 211. — 373) *permixtus* L. — 374) *linces* utrobique V. L. — 375) Ge. 3, 264. — 376) *baci* V. *bace* L. — 377) *varie* L. — 378) *lichinus* et *lichini* V. L. — 379) Aen. 1, 726. — 380) *mari* V. L. — 381) Aen. 1, 32. Notavit genus Gramm. ap. Endl. p. 107 n. 165. — 382) *ut* om. L. — 383) Ge. 4, 377, (ubi v. Philargyrium) Aen. 1, 702. — 384) *tunsisque fertur* V. L. — 385) Aen. 1, 92. — 386) Iuv. 2, 375. — 387) *callidum* L. — 388) *id e que* V. Iuv. 2, 377. De plurali *musta* v. Schneid. p. 884 et supra n. 124. — 389) Locus ignotus. De masc. v. Non.

203. *Mundus*, gen. masc., ut *Juvencus* [390]: *Quo* [391] *cunctum rapiet* [392] *flamma* [393] *ultima mundum.*

204. *Morbus*, gen. masc. [394], ut *Juvencus* [395]: *Morbus dissolverat acer* [396].

205. *Moles*, gen. fem., ut *Severus* [397]: *Moles turrita* [398] *surrexerat.*

206. *Metus*, gen. masc., ut *Lactantius* [399]: *Nec metus asper adit* [400].

207. *Materies*, gen. fem., ut *Prudentius* [401]: *Deus inlustravit alumnam* [402] *materiem.*

208. *Metallum* [403], gen. neut., ut *Prudentius* [404]: *Rursus et ad proprium restillet vena metallum.*

209. *Mos* [405], gen. masc., ut *Symmachus* [406]: *Suus cuique mos.*

210. *Mentum*, gen. neut., ut *Virgilius* [407]: *Canaque menta.*

211. *Mysterium* [408], gen. neut., ut *Ambrosius* [409]: *Mysterium mirabile.*

212. *Manipulus*, gen. masc., ut *Psalmista* [410] pluraliter: *Portantes manipulos suos.*

213. *Mel*, gen. neut. Quamvis grammatici vetent pluralem [411], tamen *Virgilius* ait: *Stipantia mella* [412].

214. *Moenia* [413], gen. neut. [414], ut *Virgilius* [415]: *Felices, quorum iam moenia surgunt.*

215. *Mens*, gen. fem., ut *Paulinus* [416]: *Semper adnexa* [417] *sine fine tecum mente* [418] *futuros.*

216. *Merces* [419], gen. fem., ut *Avitus* [420]: *Mercede reposita.*

---

p. 214 M. p. 145 G. Notat genus Gramm. Inc. ap. Endl. p. 107 n. 164. — 390) Praef. 5. — 391) eo L. — 392) *supiet* L. *sapiat* V. — 393) *flamma* om. L. — 394) *m* V. De neutro v. Voss. Arist. p. 560 ed. pr. p. 435. ed. Hal. — 395) Juv. 2, 77. — 396) *ater* V. Notat genus Inc. Gramm. ap. Endl. p. 104 n. 160. — 397) Dial. 3, 8. — 398) *torrita* V. L. — 399) Phoen. 16. — 400) *adhesit* V. L. De gen. fem., quo *Ennius* usus est, v. Schneid. p. 324, ubi add. Fest. v. *Malo cruce* et v. *Corius.* — 401) Contra Symmach. 2, 257. — 402) *alumna* V. *alunna* L., quae est Italica assimilatio, unde ex hoc quoque loco patet, librarium fuisse Italum. V. not. 229. — 403) *mittallum* L. — 404) Contra Symmach. 2, 287. — 405) *Mors* utrobique V. L. — 406) *Simm.* L. Locus est 10, 61. Notat genus gramm. ap. Endl. p. 104 n. 161. — 407) Ge. 3, 312: *Incanaque menta.* — 408) *mist.* utrobique L. — 409) Locum non inveni. — 410) *psal.* V. *psalm* L. Locus est 125, 6. — 411) *pluraliter* L. — 412) Haupt. suspicatur respici Aen. 1, 432: *liquentia mella stipant.* De plurali v. ad Nr. 124. — 413) Menia L. utrobique. — 414) *gen. fem.* V. L. — 415) Aen. 1, 437: *o fortunati, quorum.* — 416) Carm. 17, 3. — 417) *adnixa* V. L. — 418) *mente cum mente* V. — 419) *mercis* L. — 420) Frustra se haec apud Avitum quaesisse affirmat Haupt. Sed *mercede soluta* Le Cl. notat ex Avit. 5, 349. Notat genus Gramm. ap. Endl,

217. ***Numen*** [421]), gen. neut., ut *Iuvencus* [422]): *Numen vidisse supernum.*

218. ***Nemus***, gen. neut., ut *Virgilius* [423]): *Nemora* [424]) *inter frondea turbam.*

219. ***Nubes*** [425]), gen. fem., ut *Virgilius* [426]): *Collectasque fugat nubes.*

220. ***Nares***, gen. fem., ut *Virgilius* [427]): *Huic geminae nares* [428]).

221. ***Nasum***, gen. neut., ut *Lucilius* [429]): *Nasum hoc corpusque scutum* [430]).

222. ***Nucleus***, gen. masc. Nam *Cicero* [431]) pluraliter *nucleos* [432]) dixit.

223. ***Nix***, gen. fem., ut *Ennius: Hae nives* [433]).

224. ***Naevus*** [434]) gen. neut., sed *Varro ad Ciceronem* [435]): *Hic naevus.*

225. ***Nefas***, gen neut., ut *Prudentius* [436]): *Ex ore prolapsum* [437]) *nefas.*

226. ***Negotium***, gen. neut., ut *Sidonius* [438]): *Negotium criminale parturit* [439]).

227. ***Oraculum***, gen. neut., ut *Avitus* [440]): *Episcopus responsa potius quam oracula destinavit.*

228. ***Oppidum***, gen. neut., ut *Virgilius* [441]): *Exportant calathis* [442]), *adit oppida* [443]) *pastor* [444]).

229. ***Opinio***, gen. fem., ut *Severus* [445]): *Auditam diu* [446]) *opinionem eius.*

230. ***Odor*** [447]), gen. masc., ut *Apostolus* [448]): *Bonus odor sumus.*

231. ***Olocaustum*** [449]), gen. neut., quia pluraliter *holocausta et holocaustomata*, ut *Psalmista* [450]): *Holocausta medullita* et *holocaustomata vestra.*

---

p. 105 n. 162. — 421) *Nomen* utrobique V. L. — 422) Iuv. 1, 80 (45). — 423) Aen. I, 191. — 424) *nemorea* L. Notat genus Gramm. ap. Endl. p. 107 n. 164: *nemus*, δρυμών. — 425) *nebus* corr. V. 426) Aen. 1, 143. In hoc nomine obiter hoc moneo, quod gramm. ap. Endl. p. 135 n. 31 notat, fuisse etiam, qui *nubs* dicerent, quos tamen idem vituperat. Quare addendum hoc iis, quae de similibus tradit Schneid. p. 182 n. 10. — 427) Ge. 4, 300. — 428) *geminaeque* L. Notat genus Gramm. apud Endl. p. 99 n. 142. — 429) *Lucilius* L. — 430) *scitum* susp. Haupt., qui alia huius generis exempla Luciliana afferre Nonium p. 215, 2 et Probum *de nomine* 40 p. 221 Eichenf. docet. — 431) Fortasse in *Chorographia*, cuius fragmenta collegit Orell. Vol. IV. P. II. p. 493. XII, ubi testimoniis de hoc libro adde eximium ab Orellio omissum ex Cic. Epp. ad Att. VI, 2, 3. Ad eundem librum pertinere videntur duo alia fragmenta, quae Orell. p. 580 n. 13 et 14 attulit. — 432) *nucleus* L. — 433) *he*. Non aliunde notum fragmentum, quare addendum reliquiis Ennianis. Cfr. Schneid. p. 392, ubi hoc exemplum add. — 434) *Netius* bis L. *nevus* utrobique V. Haupt. vult: *masculini, ut Varro* cett., quo non opus. Praeposuit enim genus vulgatum. — 435) Non invenitur hic locus in iis, quae de his libris reliqua sunt. Quare addendus hic locus reliquiis e *Varronis libris de L. L.* ab Müllero collectis. — 436) Cath. 1, 60. — 437) *proabsum* V. L. — 438) Locus non inventus. Genus notat Gramm. ap. Endl. p. 107 n. 165: negotium, πραγματεία. — 439) cod. L. *pasturent*, unde Le Cl. coniecit *postulent*. — 440) Non invenitur locus. Notat genus Gramm. ap. Endl. p. 107 n. 161. — 441) Ge. 3, 402. — 442) *calates* L. *caladis addit* V. — 443) *opida*. — 444) *partor* L. — 445) Frustra haec apud Sulpicium quaesivit Haupt. — 446) *auditam diu* L. — 447) In L. ordo nominum hic est: *Ostrum*, *Odor*, *Oloc*. — 448) Paulus ad Corinth. 2, 2, 15. Notat genus Gramm. ap. Endl. p. 104 n. 100: *Odor*, ὀδμή. — 449) *h* supra vers. ab ead. manu ubique additum in V. *holochaustum* ter L., deinde *holochasta* et *holochaustomata*. — 450) *psal*. V. *psalm*. L. Locus est 65, 15. Incertus de Orthogr. ap. P. p. 2787:

232. ***Ostrum***, gen. neut. [451]), ut *Virgilius: Illi* [452]) *victor ego Tyrio conspectus in ostro* [453]).

233. ***Ostium***, gen. neut., ut *Virgilius* [454]): *Contra Tiberinaque Ostia.*

234. ***Onus***, gen. neut., ut *Virgilius* [455]): *Suscipiunt onera venientum.*

235. ***Ovum***, gen. neut., quia *ovum* et *ova* dici potest.

236. ***Os*** de *ore*, gen. neut., ut *Virgilius* [456]): *Ante ora parentum.*

237. ***Os*** de *osse* [457]), gen. neut., ut *Virgilius* [458]): *Postquam pavor ossa reliquit* [459]).

238. ***Opes***, gen. fem., ut *Paulinus* [460]): *Has opes condens domino perenni.*

239. ***Oleastrum***, gen. neutr., sed *Virgilius* [461]): *Foliis oleaster amaris.*

240. ***Opus***, gen. neut.: *Opera multa* [462]).

241. ***Origo***, gen. fem., ut *Juvencus* [463]): *Origine clara.*

242. ***Ordo***, gen. masc., ut *Juvencus* [464]): *Sectandus complebitur* [465]) *ordo.*

243. ***Odium***, gen. neut., ut *Severus* [466]): *Multorum mihi odia conciluri.*

244. ***Obices***, gen. masc., ut *Prudentius* [467]): *Obice extrorsum recluso.*

245. ***Orbis***, gen. masc. [468]), ut *Cicero* [469]): *Quem vos orbem lacteum nuncupatis.*

246. ***Pumex*** [470]), gen. masc., ut *Virgilius* [471]): *Latebroso in pumice pepli.*

Holocaustoma num. sing.; *holocaustomata.* — 451) gen. masc. L., gen. m̄s V. — 452) *ille* V. L. Locus est Ge. 3, 17. — 453) *tirio conspectui n̄r̄u* V. *tirio conspectui nostro* L. — 454) Aen. 1, 13. Notat genus Gramm. ap. Endl. p. 107 n. 165: *ustium*, ἐξοδ. — 455) Ge. 4, 167. Aen. 1, 434: *onera accipiunt venientum.* — 456) Ge. 4, 477. — 457) *de ossum* V. L. — 458) Aen. 3, 57. — 459) *relinquid* V. L. Notat L. Clere usque ad verba *postquam pavor* librarium religione codicis exemplum suum descripsisse, sed ab nomine *Opes* nihil nisi *nomina cum genere* omissis exemplis unde exempla ex exemplo Hauptiano ita addidit, ut, quamquam Hauptius menda librarii correxit, tamen codicis Vindobonensis integras lectiones quamvis vitiosas reperteret, ut quasi codicem ipsum repraesentaret, scilicet quod priorem quoque huius libelli partem, quae in solo cod. Laonensi extat, cum omnibus librarii mendis fideliter exprimendam curaverat. Qua in re vereor ne constantiae causa nimis religiosus fuerit, praesertim quum non ubique in consilio suo satis sibi constitisse videatur. Vide supra p. 9. — 460) Carm. 17, 273. — 461) Ge. 2, 314. Cfr. Serv. ad Aen. 12, 764. Prob. de Nomine apud Endl. p. 225 n. 73. — 462) Locus ignotus. — 463) Iuv. 1, 201 (166). — 464) Iuv. 1, 389 (354): *Consectandus complebitur ordo.* Notat genus Gramm. ap. Endl. p. 104. n. 160: *Ordo*, τάξις. 465) *complectitur* V. — 466) Dial. 2, 8: *Tantu mihi omnium feminarum cunctorumque monachorum odia concitavi.* — 467) Cath. 9, 74. De gen. fem. v. Schneid. p. 111, ubi adde Serv. ad Virg. Ge. 4, 422: *Modo usus* habet, ut *hic obex* dicamus, unde quidam *magno obice* legunt. Antiqui etiam *haec obex* dicebant, secundum quod est *magna obice.* Hinc est, quia nonnulli vitant generis dubietatem et legunt *magni* scil. *maris.* *Caper* tamen *in libris dubii generis* probat dici et *hic obex* et *haec obex*, quod, ut diximus, hodie de usu recessit. — 468) *Orbi g. n̄eu* V. — 469) Somn. Scip. 3. Cap. p. 2244. genus nominis masc. disertim affert. — 470) *Pumex* V. et L. (in lemmate) utrobique, quod retinuit Le Cl., ut exemplum Vindobonense fideliter, quoad liceret, exprimeret, V. not 459. — 471) Aen. 5, 214: *latebroso in pumice nidi*, 12, 587: *latebroso in pumice pastor.* Du

247. ***Pelvis*** [471]), gen. fem. [473]) ut *Valgius* [474]): *Profusam pelvem.*

248. ***Parapsis*** [475]), gen fem., ut *Prudentius* [476]): *Nec aere* [477]) *desit exposita pelvis Gravisque et* [478]) *ampla argentea est parapsis.*

249. ***Peristromum,*** gen. neut. Sed *Cicero* [479]) elegantius [480]) dixit *hoc peristroma* et *haec peristromata.*

250. ***Paries,*** gen. masc. [481]), quia dicunt *hunc parietem* et *hos parietes.*

251. ***Pavimentum*** [482]), gen. neut., *pavimenta multa* [483]).

252. ***Pulpitum*** [484]), gen. neut., ut *Prudentius* [485]): *Cycnus stuprosa* [486]), *peccat inter pulpita.*

253. ***Porticus,*** gen. fem. [487]), ut *Cyprianus* [488]): *Pampineam porticum frondea tecta fecerunt* et *Ieremias* [489]): *altas porticos* dixit. Sed in *Evangelio* [490]) *porticu* legimus *Salomonis.*

254. ***Putei*** [491]), gen. masc., ut *Cato* [492]) et *Varro* [493]).

255. ***Panis,*** gen. masc., *huius panis;* pluraliter genitivum facit, id est *horum panum.* Sunt et *panuculae* in lanificio [494]).

---

genere v. Serv. ad Virg. Aen. 12, 587. Prob. de Nomine ap. Endl. §. 18. p. 218. — 472) *Pelves* V. L. (in lemmate) Le Cl. — 473) *gen. neut.* L. *neu* V. — 474) Sic indubitanter Hauptii emendationem secutus scripsi pro *Vallius*, quod est in V. Probat eandem emendationem Le Cl. et Rob. Unger de *C. Valgii Rufi poematis commentatio* p. 189 XII, cuius etiam alteram emendationem *profusam pelvem* pro eo, quod in cod. V. extat: *perfusam* recepi, doctissime, ut solet, ab eodem defensam. Idem etiam perdocte de accusativi forma *pelvem* disputat, quam testimoniis a Schneidero p. 208 allatis et inscriptione apud Gruter. comprobat, ubi adde *Fest.* v. *Polubrum, Laberii* versum ap. Non. v. *Clipeus* p. 196 M. p. 133 G.: *hoc voluit clipeus contra pelvem proici* et *Jul. Victor.* Art. Ret. 1, 3 apud Orell. Scholl. Cic. *Pelvim* tamen praefert propter deminutivum *pelvicula* et ablativum *pelvi* Velius Long. de Orthogr. p. 2335 extr. et Martian. Cap. III. §. 302 ed. Kopp, qui duo testes et Schneiderum et Ungerum l. c. fugerunt. Ungerus vero l. c. p. 192 etiam alteram coniecturam *percussam pelvem* profert, non minus docte defensam, quae tamen priori posthabenda videtur, quod longius a codicis scriptura recedit. — 475) *Parapsidis* utrobique V. L. et Le Cl. — 476) Steph. Praef. 16, 18. — 477) *aerea* V. — 478) *pelves gravesque* V. — 479) Phil. 2, 27, 67. *conchyliatis — peristromatis.* — 480) elig. V. — 481) V. not. ad nr. 53. — 482) In L. ordo nominum hic est: *Pulpitum, Pavimentum.* — 483) Locus ignotus. — 484) *Pulpitum* et *pulpeta* V. — 485) Steph. 10, 221. — 486) *stroprosa* V. Le Cl. *Stuprator* edd. Prudent. Notat genus Gramm. ap. Endl. p. 104 n. 160: *Pulpitus,* θυμέλη, ut Gloss. Labb. — 487) gen. *neut.* L. m̄ V. — 488) Ep. 1, ubi *vitem* vulgo legitur. — 489) *hieremias* V. Locus est 51, 58. Vulgo: *et portae eius excelsae igni comburentur.* — 490) Io. 10, 23. — 491) *Puteum* L. — 492) In libro de re rustica non invenit Haupt. — 493) „R. R. 1, 57, 2. L. Lat. V, 25, VI, 84 Müll. *Haupt.*" De gen. neut. *putea* v. Non. p. 216. M. p. 146. G. *Puteus* disertim affert Cap. p. 2244. et Gramm. ap Endl. p. 104. n. 161. Cfr. apud nostrum Nr. 262. — 494) Recte Haupt. putat excidisse observationem de *panus* vocabulo, quo referenda est observatio de *panuculis.* Nam Char. p. 81: *Panniculae* ὑποτίτανον *pannus* est. Lucil. IV: *Subtegminis pannus,* quod repetit Incert. ap. Putsch. p. 2796, unde errat Le Cl., qui censet vocem *panuculae* ex solis *notis Tironianis* adhuc constitisse. Dicitur autem et *hic pannus* et *hoc pannum.*

256. ***Palumbis***, gen, fem, ut *Virgilius* [495]: *Aereae palumbes.*

257. ***Palus*** [496]), gen. fem., ut *Alexander*: *Palus erat sicca.*

258. ***Papaver*** [497]), gen. neut., ut *Lactantius* [498]): *Quae fert agreste* [499]) *papaver.* Dixerunt et alii genere masculino: ut *Varro* [500]): *Infriasse papaverem. Virgilius* [501]) dixit: *Perfusa papavera somno.*

259. ***Perdix***, gen. fem., ut *Varro* [502]): *Garrula ramosa prospexit ab ilice perdix.*

260. ***Parsimonia***, gen. fem. Sed *Virgilius* [503]) *parsimonium tempus sibi* dixit.

261. ***Praetextum*** [504]), gen. neut. Sed vicit [505]) consuetudo, quae *praetextas* [506]) dicit, quoniam *toga praetexta* [507]).

262) ***Puteus*** [508]), gen. masc., sed *putei* in *Evangelio* [509]), mira in reliquo differentia. *Putea* enim *aquarum* Italis *fontanas* [510]) appellari certum est. Unde in *Evangelio* [511]): *Fons* [512]) *Iacob* et *puteus altus* [513]) dicitur.

V. Non. p. 218 M. p. 148 G. De genitivo *panum* a *panis* v. Schneid. p. 244, ubi add. Inc. *de nomine* ap. Endl. p. 133 n. 25, ubi item *panum* declinatur. — 495) Ecl. 3, 69. De genere v. Char. p. 82 et Incert. ap. Putsch. p. 2796 et Non. p. 219 M. p. 148 G. — 496) In L. extant haec: „*Palus* ligni, gen. masc.; *palus* luti gen. fem.“ quorum prius fortasse excidit in V., vel a librario quodam additum in L., ut differentiam generis in simili nomine notaret. De *Alexandro* illo v. supra p. 19. Genus vocis *palus, udis* notat Gramm. ap. Endl. p. 106 n. 163: *palus*, τὸ ἕλος. — 497) In L. ordo verum hic est: *Perdix, Papaver.* — 498) Phoen. 127. — 499) *quo fera greste* V. — 500) in *Admirandis.* Cfr. Char. p. 64 P. Non. p. 220 M. — 501) Ge. 1, 78. De genere v. grammaticos laudatos et Schneid. p. 92. — 502) „Varronem in *Admirandis perdicas Boeotios* dixisse refert Non. p. 218 M., sed qui sequitur versiculus non Varronis est, verum Ovidii Met. 8, 237, ubi male scriptum extat: *garruda ramosa prospexit ab ilice perdix.*“ Haupt., cui Unger in *comment. de Valgii poematis* p. 446 in Excursu ad p. 209 v. 15 haec opponit: „In *Ovidii* Met. VIII, 237 male scriptum extare: „*ramosa* — *ab ilice* perdix“ qua de causa dixerit Hauptius, satis perspicitur ex Art. Amat. III, 149 *(sed neque ramosa numerabis in ilice glandes).* Add. Orell. Praef. in Horat. Vol. II. p. VI. seq. Schneidewin Philol. I. p. 169.“ In cod. Vind. corruptus versus extat: *Garrula limoso prospicit elice perdix.* De genere v. Schneid. p. 115. — 503) Nihil se apud *Virgilium* indagasse, quo haec explicarentur, profitetur Haupt. Cui succurrit egregie, ut videtur, Unger in *comment. de Valgii poematis* p. 210 not. his verbis: Verba illa nescio an sic correcta: „*tempus cibi*“ recte referam *Prudentio* Cathem. VII, 3: „*Adesto castis, Christe, parsimoniis.*“ Et *parcimonium* quidem extare dicunt in inscr. ap. Donat. 35, 4: „*Fab. de suo parcimonio*“ (quem locum etiam Le Cl. affert) attulitque non nominato auctore *Lingnerius* de verbalibus quibusdam nominibus in *men* et *mentum* exeuntibus p. 6. Brunsb. (i. e. gymnas. *Braunsberg.*) 1845. In Virgilii autem Catalectis V, 11 est: „*et helualo sera patrimonio In fratre parsimonia.*“ — 504) pretext. L. — 505) *vicel* V. — 506) *pretexilos* V. — 507) *precepla* V. De genere cfr. Char. p. 73. P. et Schneid. p. 481 γ) — 508) *Poteus* L. — 509) Non inveni locum. — 510) Le Cl. citat Goes Agrimens. p. 245 Cfr. Forcell. in h. v. — 511) Io. 4, 6 — 512) *fontem* V. — 513) Jo. 4, 11. Cfr. de genere supra nr. 254.

263) *Pelleum* [514]), gen. neut., ut *Varro: Est ibi,* inquit, *si* [515]) *festinus, pelleum,* quod *Homerus* [516]) genere masculino dixit.

264. ***Pugnum*** *Plautus* genere neutro [517]) dixit: *Mihi haec balista pugnum est.* Sed melius masculinum est.

265. ***Pix***, gen. fem., ut *Varro: Idaeasque pices* [518]).

266. ***Pelagus*** [519]), gen. neut., ut *Virgilius* [520]) *Pelagus temere* [521]) *rates.*

267. ***Praesepia*** [522]) vocant grammatici singularem et de genere quaerunt. Sed Varro *horum praesepiis* et alibi *hoc praesepe. Cotta. Nunc ad praesepia.* Prop̄ ii sunt in praesepibus boves. Et *Virgilius: Plena ad praesepia ponunt.* Sed consuetudo neutro genere praestat dici.

268. ***Pax*** [523]), gen. fem. et *pluralem* non habet.

---

514) *Pylleum* L. „Puto *Pteleum.* Hom. Il. 2, 697: Πτελεὸν λεχεποίην. Grammaticus, cui haec debentur, λεχεποίην masculinum habuit, ut Iliad. 4, 383. Cfr. Eustath. p. 324 R." *Haupt. Pylaeus* nomen proprium esse in Epit. Iliad. Hom. (Pindari Theb.) 230 docet Le Clerc. Sed neutrum horum in hunc obscurum et corruptum locum cadere videtur, in quo manifesto non de nomine aliquo proprio agitur, sed de appellativo, neque de Epitome Iliados Pindaro nescio cui tributa cogitandum. Fortasse legendum est *Pilleum* pro *pileum*, quoniam in L. extat *Pylleum* et dubium sane est eius nominis genus, quum et *pileus* et *pileum* dicatur. V. Non. p. 220 M. p. 149 G. Graece sane ὁ πῖλος iam apud *Homerum* extat. — 515) *se* V. — 516) *Omerus* V. — 517) *Pugnus, gen. masc.* L. Plauti locus est Capt. IV, 2, 16: *Nam meus est ballista pugnus.* — 518) Char. p. 71P.: *Pix* singulariter dicitur, ut ait *Varro* de similitudine verborum libro secundo, quamvis *Vergilius* (Ge. 3, 450) dixerit: *Idaeasque pices et pingues unguine cerae.* Confudit ergo grammaticus, ut saepe, duas res. De plurali *pices* v. Schneid. p. 390. — 519) *Pylagus* utrobique V. *Pilabus* L. — 520) Aen. 5, 8. — 521) *temere* V. — 522) *Presepium, gen. neut.* cod. L. Ad h. l. Haupt. haec: Dedi haec omnia, ut in cod. leguntur, nisi quod *pro* in *prop̄* per compendium scriptum est. Nihil ad haec extricanda confert Charisius p. 44 P. aut Nonius p. 40, 28. 218, 2. *Praesepiis* Varro praebet R. R. 2, 15, 16. *Nunc ad praesepia* nescio an non sit *Cottae*, sed *Tibulli* 2, 1, 7. Deinde nonnulla exciderunt. Tum secutum videtur *proprie non sunt in praesepibus boves.* Virgilii verba sunt Ge. 3, 495: *Et dulces animas plena ad praesepia reddunt*, ut dubitem utrum *ponunt* scriptum sit pro vero *reddunt*, an ad grammatici orationem pertineat excideritque alius scriptoris commemoratio" *Haupt.* Plura felici cum successu, ut videtur, contra Hauptium disputavit *Unger* in *Commentatione de Valgii poematis* p. 200 not., qui hunc locum ita scribendum censet: Varro *harum praesepis* (de R. R. 2, 2, 19): *harum praesepia ac stabula* 5, 16 p. 249: *pabulo viridi obiiciendo in praesepiis) et alibi hanc praesepem* (Non. Marc. p. 218, 9 „*praesepim latam*" Schneid. in Varr. 1, 13, 6 p. 292 [cfr. infra Nr. 310]. *Contra [Tibullus]: nunc ad praesepia* [debent Plena coronata stare boves capite] (2, 1, 7): *proprie enim* sunt in praesepibus boves; ut *Virgilius* (Ge. 3, 495): *plena ad praesepia ponunt* [nam et *animam* dici *reddi* et *poni* docet Unger]. Quodsi quis tamen putet, propter verbum *ponunt*, quod non est apud *Virgilium*, posse in illum locum substitui *Valgii* nomen: et *Valgius: plena ad praesepia ponunt*, ut Ovidius etiam dixerit *plenum ad praesepe*, quod multis exemplis idem docet. Praestare tamen videtur prior emendatio, ita ut vel obliviose grammaticus Virgilii locum citarit, vel olim *ponunt* pro *reddunt* ibi scriptum fuerit. — 523) In cod. L. ordo nominum hic est: *Porrum, Pax.* Quod pluralem numerum negat grammaticus, commune habet cum Diomede p. 314. Phoc. p. 1706. Donat. p. 1748. eiusque commentatore Pompeio p. 182 ed. Lind., Cledon. p. 1898 P., quamquam et

269. ***Porrum***, gen. neut., sed *Varro* [523]): *Ponuntur tenues porri.*

270. ***Pampinus***, gen. fem., ut *Cornelius* [525]): *Purpureus geminata pampinus uvis.*

271. ***Pistrinum***, gen. neut., sed *Varro*: *Media est pistrina* [526]).

272. ***Pulvis***, gen. masc., sed *Propertius*: *Horrida pulvis* [527]).

273. ***Plebs***, gen. fem., ut *Iuvencus* [528]): *Cetera nam* [529]) *plebs.*

274. ***Pallium*** [530]), gen. neut., ut *Iuvencus* [531]): *Ferat pallia secum* [532]).

275. ***Proles***, gen. fem., ut *Iuvencus* [533]); *Proles veneranda tonantis.*

276. ***Progenies***, gen. fem., ut *Prudentius* [534]): *Ecce venit nova* [535]) *progenies.*

277. ***Pharus***, gen. fem. [536]), ut *Fortunatus* [537]): *Gallica celsa pharus.*

278. ***Palmes***, gen. masc., ut *Prudentius* [538]): *Pampineo* [539]) *brachia palmite.*

Cledonius et Pompeius e *Salust.* (Bell. Iug. c. 81, 20) *bella atque paces* afferunt et Non. p. 149 M. p. 102 G. e *Varrone de vita populi Ro.* pluralem ut *nove* dictum profert. — 524) Negat se nosse Haupt. unde quae sequuntur. De mutatione generis in numero plurali v. Char. p. 80. Prob. p. 1447 P. 2, 1, 17 et 43 Lind. ex eoque Sacerd. II, 7 ap. Endl. p. 40. Voss. Arist. p. 568 ed. pr. p. 443. ed. Hal. — 525) Cornelius V. De hoc loco Haupt. ita: Cod. Charis. p. 81 P.: *Saga* neutro genere dicitur, sed *Afranius in Deditione* masculine dixit: *Quod quadrati sunt sagi* et *Ennius: sagus cerulus therra puerio gemmarit pampinus uvis*, curus moveremur, inquit Plinius, auctoritate, si quicquam eo carmine puerilius dixisset. Afranii verba grammaticus Vindobonensis ad *sagi* vocabulum adscripsit (Nr. 323). Ennius scripsisse videtur: *sagus caerulus.* Cfr. Non. 223, 20 (ubi masculini generis exempla extant). Tum nonnulla exciderunt, in quibus *Charisius* de *Pampini* vocabuli genere dixerat *Corneliique Severi* mentionem fecerat. Eius versiculum sic scribendum suspicatur Godofred. Hermannus: *helvolo* vel *helvaque* (quod melius videtur) *purpureis gemmavit purpura uvis;* nam *t* in *therra* ex antecedente aliquo *dixit* vel *ait* residuum videri. Haec omnia quum satis recte disputata mihi videantur, adiicio Servii ad Virgil. Ecl. 7, 58 verba: Sciendum sane *pampinos* nunquam Virgilium [cum genere] dicere, sed *Varronem* frequentius feminino genere uti, quae plenius Schol. Virgil. apud Suringar. Hist. Crit. Scholiast T. I. p. 342 habet, qui addidit: *Varro harum pampinorum*, quae in libris de R. R. non extant Cfr. Voss. Arist. p. 500 ed. pr, ed. Hal. p. 385 cum not. edit. — 526) Char. p. 55 P.: „*Pistrinum* neutro dicitur. Sed Lucilius XVI feminine extulit: *media e pistrina* ad *tabernam* referens, ut *caupona* dicitur.“ Hinc error grammatici patet. Deminutivum tamen facit *pistrilla* — 527) Cod. Char. p. 69 P: *Pulvis* masculini generis est, quamvis Propertius (3, 13, 35) dixerit: *Cui nuntia et horrida pulvis.*“ Cap. p. 2249: *Pulvis hic*, non *pulver.* — 528) Iuv. 1, 48 (13). — 529) *eteranam* V. Notat genus Gramm. ap. Endl. p. 106 n. 163. — 530) *palleum* et *pallea* V. — 531) Iuv. 1, 590 (555). — 532) Sequitur in Laonensi *Pratum*, gen. neut., qui locus excidisse videtur in Vind. De genere v. not. 37. Notat genus etiam Gramm. ap. Endl. p. 107. n. 164. — 533) Iuv. 4, 673. — 534) Cath. 3, 136. — 535) *nm* V. — 536) *Pharus* gen. neut. L. — 537) de vit. St. Martin. 1, 49. Notat genus gramm. ap. Endl. p. 108. n. 32, quae e Schol. Lucan. 8, 514 esse dicit Endl., ubi tamen nihil prorsus reperi. In cod. L. ordine inverso extat: *Palmes. Pharus.* — 538) Cath. 3, 53. — 539) *pamponie* V.

279. ***Quies***, gen. fem., unde *Brutus* [540]) *requietem* [541]) dixit.

280. ***Quaestio*** [542]), gen. fem., ut *Varro Quaestionum Epistolicarum* [543]).

281. ***Quercus*** [544]), sicut alia arbor. [545]).

282. ***Quirites*** [546]) singularem numerum [547]) non habet. Nam *Maecenas* [548]) dixit *Quaeritem*, sed non recipitur.

283. ***Regnum***, gen. neut., ut *Virgilius* [549]): *Tyria regna vides.*

284. ***Rabies***, gen. fem., ut *Iuvencus* [550]): *Rabies vesana veneni.*

285. ***Ritus***, gen. masc., ut *Symmachus* [551]): *Suus cuique ritus.*

286. ***Ramus*** [552]), gen. masc., ut *Cornelius* [553]): *Pomosa lentos servabat in arbore ramos.*

287. ***Radius***, gen. masc., ut *Iuvencus* [554]): *Abscondet* [555]) *furvis rutilus umbris radios sol* [556]).

288. ***Rupes***, gen. fem., ut *Virgilius* [557]): *Sub rupe cavata: ceu magno.*

289. ***Rus*** [558]), gen. neut., ut *Claudianus* [559]): *Rus istud pretio constat vili.*

290. ***Rubigo***, gen. fem., ut *Prudentius* [560]): *Aegram pectorum* [561]) *rubiginem.*

291. ***Rumor***, gen. masc., ut *Ausonius* [562]): *Quae tantae tenuere morae rumore sub omni.*

292. ***Rorem***, gen. masc. [563]), ut *Prudentius* [564]): *Rorem subisse sanctum.*

Notat genus Gramm. ap. Endl. p. 105 n. 161: *Palmes, βλάστημα.* — 540) *Brutus* num orator sit, incertum. — 541) *requietem* Char. e Cic. affert p. 52. 85. 102. (v. Orell. Vol. IV. P. II. p. 467. XV.) Cfr. Caton. Mai. c. 15 ibiq. Intpr. Legg. 2, 1, 2. 12, 29. Fin. 5 §. 54. Orell. Luccei. in Epp. ad Fam. 5, 14, 1. Schneid. p. 169. — 542) questio L. — 543) Titulus libri satis notus. V. Varr. ed. Bip. T. I. p. 194—197. — 544) In L. ordo inversus hic est: *Quir.*, *Querc.* — 545) V. quos citavimus not. 467. — 546) *Quaerites* et *quaeritem* V. — 547) *singulari numero* V. — 548) *Micenas* V. Locus ex Maecenatis carminibus deest ap. Lion. Maecenatian. ed. 2. De singulari numero huius nominis copiosissime, ut solet, disputavit *Unger* in *comment. de C. Valgii Rufi poematis* p. 213 not., ubi testimoniis eius adde Pompei: Comment. p. 183. ed. Lind. et Cassiodor. Gramm. p. 565 ed. Garet. — 549) Aen. 1, 338: *Punica regna vides.* — 550) Iuv. 1, 440 (405). — 551) Symm. 10, 61. — 552) *Ramus* L. — 553) Cornilius V. Intelligendus videtur *Cornelius Severus.* — 554) Iuv. 4, 149. — 555) *abscondit* V. — 556) *sol radios umbris* V. Cap. p. 2244: *Hic radius*, non *hoc radium.* Notat etiam genus Gramm. ap. Endl. p. 105 n. 101. — 557) Aen. 1, 310. 3, 229. Notat genus Gramm. ap. Endl. p. 105. n. 161. *Rupes, κρημνός.* — 558) Om. hunc locum L. — 559) Frustra se hunc locum apud Claud. quaesisse dicit Haupt. Le Clerc suspicatur esse ex *Claudiano Mamerto.* Versus non est. — 560) Cath. 7, 205. — 561) *pecorum* V. — 562) In carmine aliquo, quod interiit, putat Haupt. Sed recte Le Cl. ostendit priorem versus partem esse ex Virg. Aen. 2, 282: *Quae tantae tenuere morae?* alteram *rumore amaro* esse ex Aen. 4, 203; *rumore secundo* extat 8, 90. — 563) *Ros gen. m.* L. — 564) Cath. 6, 127. Cap. p. 2244: *hic ros* et Gramm. ap. Endl. p. 104 n. 100.

293. ***Renes***, gen. masc., ut *David* [565]): *Renes mei resoluti sunt* et alibi [566]): *Ure renes meos;* singularem autem numerum carent [567]).

294. ***Rosium*** [568]) dixerunt [569]) quidam singulariter; *rosa* pluraliter, quasi generis neutri esset. Sed nunc *rosa* singulariter et pluraliter *rosas*, ut ***Sidonius*** [570]): ***Rosa sutilis coronet*** [571]) et alibi [572]). ***Hibernae rubuere*** [573]) ***rosae***. Sed generis feminini est.

295. ***Ratis*** [574]), gen. fem., ut ***Paulinus*** [575]): ***Rate amata titulo salutis*** [576]).

296. ***Remus***, gen. masc., ut *Virgilius* [577]): ***Frangunt litora remi.***

297. ***Religio***, gen. fem. [578]), ut *Virgilius* [579]): ***Religione sacra.***

298. ***Radix***, gen. fem., ut illud: ***In radice oleagina*** [580]).

299. ***Sulphur*** [581]), gen. neut., ut *Virgilius* [582]): ***Spumas miscent argenti vivaque sulphura*** [583]).

300. ***Sapor***, gen. masc., ut illud: ***Reiecisse bonos turbata mente sapores*** [584]).

301. ***Scopulus*** [585]), gen. masc., ut *Virgilius* [586]): ***Scopuloque infixit*** [587]) ***acuto*** et pluraliter: ***Geminique minantur In caelum scopuli*** [588]).

302. ***Series***, gen. fem., ut ***Fortunatus*** [589]): ***Blanda conscribens serie salutes.***

303. ***Stadia*** [590]), gen. neut. et masc., quia dicimus et ***stadius*** et ***stadia.***

304. ***Syrma*** [590a]), gen. neut., priores feminine, ut ***Cornelius*** [591]): ***Tragica syrma*** [592]).

---

565) Psalm. 72, 21. — 566) Ps. 25, 2. — 567) Le Cl. em. *singulari numero*. Sed v. not. ad nr. 149. Ipse in textu dedit *singulariter*. Ceterum singularem affert Fest. a Plant. in v. *Rienes*. — 568) *Rosium* V. L. — 569) *dederunt* Le Cl., quod in V. extat *dd̄.*, ut Nr. 207. Sed v. ad Nr. 18. In L. haec ita contracta extant: „*Rosa gen. fem. et tamen dicunt aliqui rosium gen. neut.*" — 570) Ep. 9, 13. — 571) *rosas utiles coronat* V. — 572) Carm. 2, 110. — 573) *rubere* V. Notat genus Gramm. ap. Endl. p. 106. n. 163. — 574) *Rates* V. L. — 575) Carm. 17, 106. — 576) *rate armata t. salutes* V. — 577) Haupt. putat respici Aen. 1, 104. *Franguntur remi*. Notat genus Gramm. Vindob. ap. Endl. p. 104 n. 160. — 578) *n̄e* V. — 579) Aen. 7, 608: *religione sacrae*. — 580) *olegena* V. Locus ignotus. Extat tamen *radix oleagina* ap. Virg. Ge. 2, 31. De genere v. Schneid. p. 115. — 581) *Sulfur* L. — 582) Ge. 3, 449. — 583) *sulphora* V. — 584) Locus ignotus. Pluralis *sapores* exempla sunt Varr. ap. Prisc. T. I. p. 475 Kr. et Cic. Tusc. 4, 19. — 585) *Scopulum* L. *Scuplum* V. — 586) Aen. 1, 45. — 587) *scupulo quem fixit* V. — 588) *scupuli* V. Aen. 1, 162. — 589) IX, 7, 9: *blanda conscribens seriae* (Le Cl. *famino*, quod rectum) *salutis*. Genus notat Gramm. ap. Endl. p. 105 n. 162: *Series*, ὁρμαθός. — 590) *Stadium* L. *stadius* V. De genere v. Voss. Arist p. 563. ed. pr. p. 439 ed. Hal. — 590a) *sirma* L. — 591) Cornilius V. Intellige *Corn. Severus*. — 592) *tria greca sirma* V. Priscian. p. 670 P. citat e Valerio in Phormione: *Quid hic cum tragicis versibus et syrma facis?* Sequitur in cod. L.: *Supellex*, gen. fem., quod om. V.; de cuius genere v. Schneid. p. 111. —

305. ***Situs*** loci, gen. masc., ut ***Porcina*** [593]): *Illis situs felix.*

306. ***Scabillum***, gen. neut., sicut *scamnum*, ut ***Varro*** in *Actionibus Scenicis* [594]).

307. ***Sues*** genere feminino dicunt [595]) antiqui, ut illud [596]): *Sus lota in volutabro luti.* Sed ***Virgilius*** genere masc. *Inmundi meminere* [597]) *sues.*

308. ***Saccus*** [598]), gen. masc., ut ***Varro*** [599]): *Vinum, cui nihil sacculus abstulit.*

309. ***Stips*** [600]) de stipite [601]), gen. fem., ut *stirps* ab *stirpe.*

310. ***Seps*** [602]), gen. fem., ut ***Virgilius*** [603]): *Vicino ab limite seps* [604]), sed melius *sepis* [605]), quia *praesepis*, non *praeseps.*

311. ***Stomachus*** [606]), gen. masc., quamvis pluraliter dicat [607]): *Stomachi nuper decepti.*

312. ***Stiria*** [608]) dicuntur ab *stillis* [609]), quia ***Virgilius*** genere fem., ***Varro*** [610]) neutro dixit. Sed vicit Virgilii auctoritas.

313. ***Strues***, gen. fem., ut ***Fabianus*** [611]): *Coacervata strues.*

314. ***Scalas*** et ***Scopas*** [612]), negant grammatici pluralem [613]), sed consuetudo vicit.

---

593) De *Porcina* vel potius *M. Lepido Porcina* v. *Ellendt* in *Hist. Eloq. Rom.* § 17 in ed. Cic. Bruti et *Meyer* in ed. 2 Fragm. Or. Rom. p. 196, ubi legi vult: *ille situs felix.* Notat genus Gramm. ap. Endl. p. 104 n. 160: *Situs, sing.* — 594) *scinis* V. Liber *Varronis de Actionibus Scenicis* satis notus. Hic locus fragmentis recens accedit. De *scabello* v. Varr. L. L. V, 168 ed. Müll. Sequitur in L. *Stirps* gen. fem., quod in Vind. extat ubiter commemoratum Nr. 309. Vid. de huius nominis genere Schneid. p. 125, add. Serv. ad Virg. Aen. 1, 626, 7, 115. Donat. II, 4, 2. Lind. p. 1747 P. Prob. de Nom. ap. Endl. §. 22. Non. p. 226 M. p. 154 G. Prisc. I. p. 194 Kr. et p. 319. Incert. ap. Putsch. p. 2801. — 595) *dederunt* per comp. *dd̄.* V., ut supra Nr. 294. V. not. ad Nr. 18. — 596) Petr. 2, 2, 22. — 597) *mominere* V. Ge. 1, 400. De genere v. Schneid. p. 8. — 598) *Saccus* L. — 599) Quae sequuntur verba *Lucilii* potius esse videntur. Cfr. Cic. Fin. 2, 8, 23. — 600) Deest hic locus in L. — 601) *stipide* V — 602) *Sepe* L. — 603) Ecl. 1, 54 — 604) *limites seps.* Legitne grammaticus *seps est?* „*Haupt.*" — 605) Sic V. De *seps* v. Schneid. p. 124. de *sepis* p. 183. — 606) *Stomacus* L. — 607) Excidit nomen. Char. p. 63 P. *stomachum* etiam in pluribus singulariter dici iubet. — 608) Deest locus in L. — 609) Sic em. Haupt., ut post *quia* nonnulla exciderint. Cfr. Serv. ad Virg. Ge. 3, 366: „*Stiria* i. e. gutta: inde diminutivum, ut dicamus *stilla.* Inde est *distillat* et *stillicidium.*" de quo Varr. L. L. V, 27 Müll.: *Stillicidium*, eo, quod *stillatim* cadat. — 610) Varronis locus novus est: nisi fortasse de *stillicidio* cogitavit. — 611) Farianus V, ut Nr. 319 (v. Osann. Ind. ad Cic. de Rep. v. *B.*). Scripsit autem *Fabianus*, qui temporibus Tiberii et Caligulae vixit, praeter alia *de Animalibus* et *Causarum Naturalium* libros, e quorum posteriore duo illa fragmenta videntur, quae grammaticus noster offert. De voce *strues*, pro qua alii *strus* dici volebant, v. Varr. L. L. IX, 79 Müll. — 612) *Scupas* V. — 613) *pl* V., unde *pluraliter* Lo Cl. Cod. L.: *Scale dicendum et scope gen. fem.* Plane contrarium autem docent grammatici veteres, quos norim, omnes, a *Varrone* L. L. IX, 69. 68. X, 54 Müll. coll. VIII, 7 X, 24. usque ad Priscian., sic ut *pluralis* sit

315. ***Serum*** lactis gen. neut., ut ***Rabirius*** [614]): ***in teneum est deducta parsimonia lactis.***

316. ***Salientes*** aquarum gen. masc., ut *Caelius* [615]): ***Perpetuum salientem.***

317. ***Serta*** [616]) pluraliter dicit ***Virgilius: Huc ades Aonia crinem circumdata serta.*** Sed ***Propertius*** dicit: ***Cum tua praependent demissae in pocula sertae.*** Sunt enim *sertae* sicut *coronae.*

318. ***Simpulum*** [617]) gen. neut., ut *Varro* in *Neronem* [618]).

319. ***Sal,*** gen. masc., ut ***Fabianus*** [619]): ***Sal mixtus.*** Et in ***Evangelio: Quodsi sal evanuerit.*** Et *hos sales* potest dici.

---

legitimus, singularis rarus, cuius rei rationem in v. *scalae* docet Varr. L. L. IX, 69. Singularis *scala* extat in fragm. *Pacuvii* (in *Arm. iudicio*, nisi fallor) apud Lactant. ad Stat. Theb. X, 841, ubi male *Pomponius* pro *Pacuvius* legitur: *Tum | Prae se portant ascendibilem semitam, quam scalam vocant*, ubi, quum versus sit integer trochaicus catalecticus, non assentior Forcellinio in Lex. v. *Ascendibilis*, verba *quam scalam vocant* ab alio explicandi causa adiecta esse suspicanti. Solent enim vel poetae Romani interdum explicandi causa aliquid adiicere, quod facile glossematis speciem prae se ferre videri potest. Extat etiam singularis numerus in *Alexandri Itinerario*, quod edidit Ang. Mai., c. 115. V. Schneid. p. 425, ubi add. Donat. ad Virg. Aen. 2, 443 Gramm. ap. Endl. p. 440. n. 27 et p. 100 n. 142. Consent. p. 2029 P. De *scopis* v. Schneid. p. 425, ubi add. Gramm. ap. Endl. p. 440. Char. p. 72. Consent p. 2020. — 614) Hic locus vix *Rabirii* est, siquidem eius carmen epicum *de bello Act.* intelligimus, de quo v. ad Nr. 107, quum potius ad *rem rusticam* spectet. Recte vero Haupt. versum sic emendasse videtur: *In tenerum est deducta serum pars intima lactis.* — 615) Celius V. Le Cl. putat esse fragmentum Caelii oratoris, quod videatur ex eius oratione *de Aquis*, qua de conferri iubet Cic Epp. ad Fam. VIII. 6, 4 et Frontin. Aquaeduct. c. 76. De substantivo *salientes* v. Forcll. — 616) Cod. L.: *Sertum gen. neut.* Char. p. 83 P.: *Serta* neutro genere dicuntur, ut Virgilius (Ecl. 6, 16): *Serta procul tantum capiti delapsa iacebant.* Sed *Propertius* (2, 33, 37) feminine extulit: *Cum tua praependent (preandent V.) demissae (dimissae cod.) in pocula (poculo V.) sertae* et *Cornelius Severus: Huc ades Aonia crinem circumdata serta* (cod. *huc ades aumacrinae circumdatae serte*). De genere v. Serv. ad Virg. Aen. 1, 417. Gramm. ap. Endl. p. 100 n. 143. — 617) *Simbolum* L. *Simbulum* Le Cl.: Non recte. Varro L. L. V, 121: Qui vinum sumebant minutatim a *sumendo simpulum* nominarunt. In huiusce locum in conviviis e Graecia successit *epichysis* et *cyathus*: in sacrificiis remansit *guttus* et *simpulum.* — 618) *Leg. ad* Neronem. Intelliguntur enim *Varronis Epistolae ad Neronem*, quas etiam alii grammatici citant, ut Non. 20, 14. 167, 24 M. et Charis. p. 105, 14. — 619) Farianus V. Locus Evang. est Matth. 5, 13. Cod. Char. p. 82 P.: *Sal* masculini generis est, nec habet pluralem. Nam et *Sallustius* ita usus est (Iug. 89): *Neque salem neque alia irritamenta gulae quaerebant.* Sed *Fabianus Causarum Naturalium* secundo neutro dixit: *Cur sal aliud perlucidum, aliud inquinatum aut nigrum? Quia sal ex arido congelatum est.* Idem etiam pluraliter dixit: *Haerescunt infusi sales*, quum pluraliter facetias tantum significari grammatici tradiderunt et *Varro de poematis II: Nunc vides in conviviis ita poni sal et mel*, quod genus etiam *Verrio* placuit. Cfr. Valer. Prob. de Nomine p. 218 Endl. Donat. ad Terent. Eun. 3, 1, 10. Contra Cap. p. 2244: *Ille sale aspersus est Musarum.* Non *hoc sal* vel *sales.* Sed *hic sal* erit, quod edimus; *hi sales* pluraliter *urbanitates* alicuius, Id. p. 2250: *Sal hic: Sales* loci sunt. Plenissime autem hanc rem persequitur Prob. de *Nomine* §. 18. apud Endl. et Prob. in Art. Inst. p. 1447 P. II, 1, 18 Lind. Serv. ad Virg. Aen. 1, 35. Priscian. p. 644, inprimis vero p. 650, unde patet haec omnia redire ad *Capri*

320. *Squalor*, gen. masc., ut *Avitus* [620]: *Squalore vicino.*

321. *Silex* [621], gen. fem., ut *Virgilius* [622]: *Stabat acuta silex.* Sed dicunt alii genere masculino, ut *Prudentius* [623]: *Incusso silice.*

322. *Simia* [624], gen. fem., ut in *Regum volumine* [625]: *Simias et pavos*, quamvis *Cicero simiolum* dixerit.

323. *Sagus* [626], gen. masc., ut *Afranius: Quia quadrati sunt sagi.*

324. *Stimulus*, gen. masc., ut *Terentius* [627]: *Nam quae inscitia est, adversus stimulos calces.*

325. *Stuprum*, gen. neut., ut *Naevius* [628]: *Magnum stuprum fieri per gentes.*

326. *Scalper*, gen. masc., sicut *culter* [629], ut *Titus Livius* [630], quamvis quidam *scalprum* dicant.

327. *Sidus*, gen. neut., ut *Virgilius* [631]: *Sidera cuncta notat.*

328. *Suboles*, gen. fem., ut *Iuvencus* [632]: *Propriam credi subolem.*

329. *Semen*, gen. neut., ut *Iuvencus* [633]: *Vaga semina famae* [634].

330. *Seges*, gen. fem., ut illud: *Segete* [635] *decisa.*

331. *Signum*, gen. neut., ut illud [636]: *Signa dabant populis.*

---

et *Probi* libros dubii generis. Ceterum ex his quoque apparet, quam futilia ac ieiuna sint illa praecepta grammaticorum trivialium, quae de genere nominum traduntur. Unum illud obiter addo, nominativum *salis*, quem quum Nonius afferat III, 197, nusquam alibi reperiri negat Schneid. p. 229 vel *Plinii Secundi* auctoritate nunc muniri, de qua Gramm ap. Endl. p. 134 n. 95. Hinc quoque patet, quam procul adhuc ab historica ac critica grammaticae Latinae descriptione absimus, quam tamen quidam vel docti homines, ut sibi videntur, iam pro perfecta et absoluta habent. — 620) Non exstat apud eum locus. De variis formis huius nominis v. Non. p. 225 M. p. 153 G. Hinc genus dubium oritur. — 621) Deest hic locus in L. — 622) Aen. 8, 233. — 623) Cath. 5, 7: *incussu silicis.* De genere v. Serv. ad Aen. l. c. Non. p. 225 M. p. 153 G. Donat. 1, 4, 2. Lind. p. 1747 P. in eumque Pompei. p. 145. Lind. Prob. de nom. §. 18 ap. Endl p. 218. Schneid. p. 112. — 624) Om. hunc locum L. — 625) *volum'* V. Locus est 3, 10, 22. Cod. Char. p. 84: Simiam auctores dixerunt etiam in masculino, ut *Afranius* in *Temerario: Quis hic est simia, qui me hodie ludificatus est? Laberius* tamen in *Cretensi* ait: *Farmacopoles simiam te amare coepit*, et *Cicero* ad *Marcellum* (an *Marium*? Cfr. ad Div. 7, 2, 3) *simiolum* diminutive dixit. — 626) V. ad Nr. 270. Cfr. de genere Non. 223 M. p. 157 G. — 627) Phorm. 1, 2, 27: *Namque inscitia est, adversum stimulum calces.* Notat genus Gramm. ap. Endl. p. 104 n. 161: *Stimulus*, κέντρον. — 628) *Nivens* V. Cfr. Fest. in v. *Stuprum.* Hermann. Elem. doctr. metr p. 637. — 629) V. Nr. 70. ibiq. not. 120. — 630) „Livius neutro genere *fabrile scalprum* dixit 27, 49." *Haupt.* Sed hunc Livii locum non intellexisse videtur grammaticus, sed alium, ubi *scalper* extabat, ut crebro apud Celsum de Medic. V. Forcell. *Scalprum*, σμίλη notat Gramm. ap. Endl. p. 108 n. 105. — 631) Aen. 3, 515. De cultri genere v. Nr. 70. — 632) Iuv. 1, 97 (63): *propriam credi subolem gaudetque iubetque.* Vind.: *propria moridis subolem.* — 633) Iuv. 1, 213. *Verg.* V. — 634) *famae* V — 635) *segite* V. Exemplum ignotum. — 636) Locus ignotus. Genus notat Gramm. ap. Endl. p. 108. n. 105: *Signum*, σφραγίς.

332. *Sepulchrum*, gen. neut.; ut illud [637]): *Sepulchra multa.*

333. *Serpens*, gen. masc., ut *Prudentius* [638]): *Haec ille serpens ore dictat regio.*

334. *Turris*, gen. fem., ut: *haec turris.*

335. *Trames* [639]), gen. masc., ut *Virgilius* [640]): *Clivosi tramites.*

336. *Tofus* [641]), gen. masc., ut *Varro* [642]): *Et tofus scaber.*

337. *Trabes* [643]), gen. fem., ut illud: *Multae trabes* [644]).

338. *Tornum* [645]), gen. masc., ut *Maecenas* [646]): *Cardine torno* [647]).

339. *Talpas*, gen. masc., ut *mures*, ut *Virgilius* [648]): *Aut oculis capti fodere* [649]) *cubilia talpae.*

340. *Turtur* [650]), gen. masc., ut *Plautus* [651]): *Tu tibi habeas hos turtures,* quamvis *Pollio* [652]) et alii dicant *turturellas* [653]).

341. *Torques*, gen. fem., ut *Propertius* [654]): *Torquem auream.*

---

637) Locus ignotus. Genus notat Gramm. ap. Endl. p. 107. n. 164. — 638) Steph. 10, 36. Gramm. ap. Endl. p. 105 n. 161: *serpens perniciosa* feminine. V. Schneid. p. 124 extr. — 639) Om. hunc locum L. — 640) Ge. 1, 108. — 641) *Tofur* L. — 642) Locus est non Varronis, sed Virg. Ge. 2, 214. — 643) *Trabres* L. — 644) Locus ignotus. — 645) *Turnus* L. — 646) *Micenas* V. — 647) De hoc loco egregie Unger in *Comment. de Valgii poematis* p. 213 not. 10: *Maecenatis* haec verba habet *auctor de generibus nom.* p. 104. 23 (Haupt.): *Tornum* generis masculini, ut *Maecenas: cardine turno*, de quibus falli Hauptium nota 28 in *cardine* mendum latere existimantem docet Vitruvius IX, 9: *tympanum includatur cardinibus ex torno, masculo et femina inter se coartatis*, quo auctore scribendum puto: *cardine tornos [depunnunt agiles duplicato cardine tornos.]*" — 648) Ge. 1, 183. — 649) *aut collegit capiti fodere* V. De genere nominis *talpa* v. Schneid. p. 9, ubi add. Serv. ad Virg. l. c. De *muris* genere Schneid. p. 7. Gramm. ap. Endl. p. 94. n. 128 mus, muris, μῦς, masc. — 650) *Tustur* L. — 651) Most. 1, 1. 4. — 652) *Pullio* V. *Asinium* significari putat Haupt., cuius auctoritate aliquoties utitur Charisius. Idem citatur Nr. 49. Non extat fragm. apud Meyer Fragm. Orat. p. 500. — 653) Notat Le Clerc: „Nous trouvons ici dès le siecle d'Auguste ce mot de la langue populaire." Cur tamen hanc vocem vulgarem appellet, nescio, quae etiam apud Senec. Epist. 96 extr. his verbis extat: Ili, qui iactantur et per operosa atque ardua sursum atque deorsum eunt et expeditiones periculosissimas obeunt, fortes viri sunt primoresque castrorum: isti, quos publica quies aliis laborantibus molliter habet, *turturillae* sunt tuti contumeliae causa, ubi Lipsius haec: Vacillavimus ego atque alii in hoc loco. Ecce una Isidori (e Glossario nuper publicato) notula nos firmat a Petro Scriverio, erudito viro suggesta: „*Turturilla.* Ita dictus locus, in quo corruptelae fiebant, quod ibi turturi opera daretur, id est panem." Lego in extremo: id est *ganeae*. Talia autem loca et homines tuti non per honorem, sed contumeliam et quia spernuntur." De genere vocis *turtur* v. Schneid. p. 135, ubi add. Charis. p. 66 et Gramm. ap. Endl. p. 104 n. 161: turtur, τρυγών. — 654) „Prop. IV, 10, 44: *Torquis ab incisa decidit unca gula.* Excidit alius scriptoris nomen. Nihil proficit comparatio Charisii p. 118 P." *Haupt.* Charis p. 118: *Torques hic* et *haec torques*, ut *hic* et *haec canes* a Lucilio libro primo dictas legimus. Ita dixisse veteres *Caper* his exemplis docet: *Naevius Cypriae Iliados* libro I: *Collum marmoreum torquis gemmata coronat*, ubi quum pluribus Caprum exemplis genus docere disertim tradat Charisius, sed tamen unum tantum ipse proferat, patet excidisse cetera Capri exempla in cod. Charisii, quod etiam ex Incerto Gramm. de *Orthographia* apud Putsch. p. 2802

342. ***Templum*** [655]), gen. neut., ut *Iuvencus* [656]): *Constructum veteris regni molimine* [657]) *templum.*

343. ***Thalamus,*** gen. masc., ut *Virgilius* [658]): *Quinquaginta [erant] illi thalami.*

344. ***Turbo,*** gen. masc., ut *Virgilius* [659]): *Turbine fumantem* [660]) *piceo.*

345. ***Torus,*** gen. masc., ut *Virgilius* [661]): *Toro sic orsus* [662]) *ab alto.*

346. ***Tribunal,*** gen. neut. [663]), ut *Iuvencus* [664]): *Celsum stans ante tribunal.*

347. ***Vas,*** gen. neut. Dicimus enim *vas vinarium* et *vasa vindemiatoria* [665]). Dicunt quidam et *vasum*, sed receptum non est.

348. ***Vepres,*** gen. fem., ut *Titus Livius* [666]): *Has vepres*, sed singularem non recipit [667]), quamvis *Aemilius* [668]) masculine dicat: *Veper occulta ruis.*

349. ***Veternum,*** gen. neut., ut *Cicero: Liceat fenerare* [669]) *veternum.*

---

patet, ubi haec ex eodem, ut opinor, fonte hausta quamvis corrupta extant: *Torques* nomen generis communis. Nam et in *Mario* (leg. *Manlio* v. supra p. 13) *Livius* genere masculino et *Cicero* torquem feminino posuere. Probus de *nomine* ap. Endl. p. 220: *Torques* generis est masculini. Cfr. Non. p. 227 M. p. 155 G. Fortasse apud Grammat. nostrum excidit locus Vulg. Daniel. 7, 16, ubi *torques aurea* extat, quum *Vulgata* saepius utatur. — 655) *Tempus* V. L. — 656) Iuv. 2, 172. — 657) *regnum olim me* V. Notat genus Grammat. ap. Endl. p. 107 n. 164. — 658) Aen. 2, 503. — 659) Aen. 3, 573. — 660) *fumante* V. De genere v. Prob. de *nomine* ap. Endl. p. 219. Char. p. 117. Prisc. I. p. 228 Kr. Martian. Cap. III. §. 292 Kopp. Serv. ad Virg. Aen 7, 378. Id. ad Aen. 1, 83. Gramm. ap. Endl. p. 104 n. 160; *turbo*, θυελλα. — 661) Aen. 2, 2. — 662) *turosi consos* V. Notat genus Gramm. ap. Endl. p. 104 n. 160. — 663) mas V. — 664) Iuv. 4, 501. — 665) vindimiatoria V. Cap. p. 2250: *Vas*, alii *vasum* et p. 2240: *Vas, vasis* facit, non *vasibus* et *vasorum*, non *vasuum*. *Vasis* facit genitivus singularem et dativo pluralia *vasis*, genitivum *vasorum*. Cfr. Gramm. ap. Endl. p. 133 n. 22. Martian. Cap. III, 295 Kopp. Cfr. Schneid. p. 259. Pontedera Antiquitatt. Enarr. p. 461, quem locum debeo Le Clercio. — 666) In amisso libro, nisi fallor. — 667) *accipit* nescio unde Le Cl. Hauptius quidem *recipit* nec quidquam aliud e Vind. notavit. Usitata est autem apud Grammaticos dictio: *unus non recipit* vel *sed non recipitur* cett. — 668) „*Macer* puto. Fortasse *veper occulit artus.*“ *Haupt.* *veper occidit arvis* Le Cl., quae mihi emendatio magis placet, quod continuae archetypi scripturae magis convenit. Cap. p. 2244: *Veper* vel *vepres* masculina sunt. Gramm. ap. Endl. p. 98 n. 141: *hi vepres* (masc. semper pluralia) ἄκανθαι, θάμνοι, βατώδης τόπος. V. Schneid. p. 429. — 669) Le Cl. scribi vult *fenerari*, quod verum esset, si locis Ciceronis inniteremur, in quibus *fenerari* sola forma deponenti legitur. Sed nescio quis sensus in legendis relegendisque his verbis me movet, quin haec verba Ciceronis existimem, sed nescio cuius poetae, in quo unum illud advertatur, quod verbi *fenerari* prima syllaba producta est. Unde eo inclino, ut verba haec alius scriptoris existimem, fortasse *Catonis* vel ex oratione *de feneratione* (v. Catoniana ed. Lion. p. 72) vel ex nescio qua oratione fortasse in *Q. Minucium Thermum de suis virtutibus*, quam citat Isidor. Origg. XX, 3, 8: *Cum essem in provincia legatus, complures ad praetores et consules vinum honorarium dabant* (Ml. Cantabr. Wass. *dabatur*), *nunquam accepi, nec* (vel *ne*) *privatus quidem.* (v. Caton. Lion. p. 57. De activa forma verbi *fenerare* v. Burm. ad Petron. c. 76 et Fest. in v.: *Fenero* et

350. ***Vallus*** [670]) frumentum excutiendum [671]), gen. fem., ut *Virgilius* [672]): *Nunc mystica vallus.*

351. ***Vallum*** [673]), castrorum gen. neut., quia *intervalla* dicuntur, et genere masculino *valli*, qui tamquam pali praefiguntur infesti, ut *Virgilius* [674]): *Exacuunt alii vallos* [675]).

352. ***Vehes*** [676]), gen. masc., ut *Ovidius* [677]): *Innumerosque vehes*, sed et [678]) genere feminino dicitur.

353. ***Utres***, gen. masc., ut *Virgilius* [679]): *Unctos saliere per utres.*

354. ***Viscus*** [680]) de viscere, gen. neut., quia *viscera* dicuntur, ut *Prudentius* [681]): *Pars viscus intrat* et *Fortunatus* [682]): *Vehit sua viscera secum.*

355. ***Viscus*** ad capiendum, gen. masc., ut illud: *In quercu* [683]) *viscus extat.* Sed consuetudo *viscum* quasi neutri dicit.

356. ***Vomer***, gen. masc., ut *Lucretius* [684]): *Decrescit vomer in arvis.*

357. ***Urceus***, gen. masc., et *urcei*, non *urcea*. Nam *Iuvencus* [685]) dixit: *Urceus est nec ullus nec sunt tibi vincula* [686]) *funum.*

358) ***Vulgus*** [687]), gen. neut., ut *Virgilius* [688]): *Ignobile vulgus*; nec dicitur pluraliter.

359. ***Venenum***, gen. neut., ut *Sallustius* [689]): *Prohibet nocere venenum, quod tibi datur.*

---

fenerror dici potest. — 670) *Vallis*, gen. fem. L. — 671) *in frm̄ et exculi* V. — 672) Ge. 1, 166, ubi Serv.: Legimus autem et *vallus* secundum *Varronem*, quod id nihilominus significat. Consentit cum grammatico fere ad verbum Cap. p. 2250: *Vallus hic*, quo frumentum excutitur. Ductum videtur nomen a *vannulus*, unde *vanlus*, denique *vallus*, deminutivum deminutivi a *vannus*. — 673) *Vallus*, gen. fem.; *vallum* castrorum, gen. fem. cod. L. — 674) Ge. 1, 264. — 675) *valles* V. Cfr. Serv. ad Virg. Aen. 10, 120 et ad 9, 146. — 676) Cod. L.: *Vestix* gen. masc.; *Uter* gen. masc.; *Vehes* gen. masc. Num pro *vestix* legendum *vertex*? — 677) In omisso carmine, si nomen verum. — 678) Sic. em. Haupt. pro codicis lectione *sunt* pro *sed et*, qui etiam *sicut* proponit. — 679) Ge. 2, 384. Genus notat Gramm. ap. Endl. p. 88 n. 77; uter γαστήρ. — 680) Cod. L. *Viscus* ad capiendum gen. masc., nihil ultra. — 681) Steph. 9, 56. — 682) Fortun. de vita St. Martini 1, 399 p. 402: *ecce perit secumque trahit mea viscera leto.* Cfr. de genere Serv. ad Virg. Ge. 1, 139. Probi Ars min. n. 517 ap. Endl. p. 337. Gramm. ibid. p. 97 n. 140: *Hoc viscum*, ἰξός. Sed Plautus (Bacch. 1, 1, 16. Poen. II, 33) *viscus* dixit et p. 107 n. 164 *viscum*. — 683) *querco* V. Locus ignotus. — 684) *Lucritius* (1, 315) V. Grammaticus spectare videtur alteram formam *vomis*, de qua v. Schneid. p. 155 et p. 171, ubi add. Gramm. ap. Endl. p. 210 n. 37. Serv. ad Virg. Ge. 1, 46. — 685) Iuv. 2, 282. Prob. de nomine n. 29 p. 220 Endl.: *Urcei* masculino genere, non neutro dicuntur, quoniam diminutiva masculino genere *urcioli*, non *urciola* dicuntur. — 686) *ibi fincula* V. — 687) *Vultus* V. — 688) Aen. 1, 149, ubi vid. Serv. id. ad 2, 39. Gramm. ap. Endl. p. 97. n. 140. Charis. p. 31. Martian. Cap. III, 30 Kopp. Non. p. 230 G. Prob. p. 1463 P. Idem ap. Endl. p. 216 n. 12. — 689) In *Historiis* opinatur Haupt. Videtur locus esse ex epistola quadam ad *Mithridatem*, lib. II. Cfr. Schol. Lucan.

360. *Ursum* [690]), antiqui non declinabant in masculino, ut *Virgilius* [691]): *Pelle Libystidis* [692]) *ursae.* Sed *Varro* [693]) dixit: *Conspectusque in montes horruit ursus.*

361. *Vectes* [694]), gen. masc., ut in *Psalmis* [695]): *Vectes ferreos.* Sed *Trogus* [696]) genere feminino dixit.

362. *Vulpis,* gen. fem., ut *Prudentius* [697]): *Callida vulpes.*

363. *Umerus* [698]), gen. masc., ut illud: *Subposuit umeros* [699]).

364. *Vigor,* gen. masc., ut *Prudentius* [700]): *Vigor igneolus.*

365. *Vellus* [701]), gen. neut., ut *Lactantius* [702]): *Nulla super campos tendet sua vellera nubes.*

366. *Vulnus* [703]), gen. neut., ut *Virgilius* [704]): *Vulnus alit venis* et alibi [705]): *Vulnera mille.*

367. *Ululatus,* gen. masc.: *hi ululatus.*

368. *Vis,* gen. fem., ut *Prudentius* [706]): *Quae vis sit huius alitis* [707]). Ex hoc enim et *virtus* prodit [708]).

369. *Vapor,* gen. fem., ut *Virgilius* [709]): *Vapor ater ad* [710]) *auras.*

370. *Ymnus,* gen. masc., ut *Prudentius* [711]): *Grates reddimus et sacramus ymnos.*

371. *Zelus* [712]), gen. masc., ut *Paulinus: Zelus discrepat atrox.*

1, 337: Solitus erat (Mithridates) a pueritia contra venena antidotum accipere, nunc autem obsessus a filio suo Pharnace diffidens suae saluti maius venenum accepit barbaricum, quo mori posset citius, priusquam in manus filii traderetur. — 690) *Ursus* gen. masc. L. — 691) Aen. 5, 37. 8, 368. — 692) *pelli bus tidis* V. — 693) Imo Ovid. Met. 2, 494: *ursaque conspectos in montibus horruit ursos.* — 694) In cod. L. ordine inverso extat: *Vulpis, Vectes.* — 695) 106, 16. — 696) *Trogum* putat Le Clerc fortasse esse commentatorem Virgilii (v. Serv. Aen. 6, 783: de hoc loco et *Trogus* et *Probus* quaerunt), quum potius is, qui de *Animalibus* scripsisse traditur a Plinio in Hist. Nat., esse videatur, historicus, siquidem idem est, qui de *Animalibus* scripsit. Librum Trogi de *Animalibus* etiam Charis. citat p. 79 l. 4. 110 l. 45. et Priscian. p. 645 l. 22 p. 706 l. 34. De genere nominis Cap. p. 2250: *Vectes hae* et *hi,* ut veteres. Idem tamen p. 2244 solum *hi vectes* agnoscit, nec singularis olim in usu fuisse videtur. — 697) Dipt. (test. vet. 18) 71. — 698) Notat Le Clerc. hanc orthographiam formatam esse ex regula Eutychii T. I. p. 151. Lind., servatam apud Cassiod. de Orthogr. p. 2312 P. Vid. Wagner Orthogr. Vergil. p. 477 Vol. V. Op. Vergil. et Furlanett. in Addend. ad Forcell. in v. Humerus. — 699) *humeros* V. Locus ignotus. — 700) Cath. 3, 186) — 701) Deest hic locus in L. — 702) Phoen. 23. De genere v. Probum in Art. Min. n. 548 p. 342 Endl. — 703) Deest locus in L. — 704) Aen. 4, 2. — 705) Locus ignotus. — 706) Cath. 1, 30. — 707) *quis sit huius aliter.* V. — 708) Sententia grammatici est ex verbo *vis* ortam vocem *virtus,* neque causa est, cur haec verba spuria putemus, quum etiam alibi interdum grammaticus verborum origines persequatur, ut nr. 27 et nr. 165. Sequitur in L. *Ulnis* gen. neut., quod deest in Vind. Videtur autem legendum *Vulnus.* — 709) Aen. 7, 466. Notat genus Gramm. apud. Endl. p. 105 n. 160: Vapor, ἀτμίς — 710) *at* V. — 711) Cath. 4, 75. — 712) Deest hic locus in L. Locum *Paulini* non reperit Haupt.

Appendix

Loci *Servii* et *Philargyrii* in Virgilium (ex ed. Lion.) de dubiis generibus numeris declinationibusque nominum.

A. Regulae generales.

I. De *dubiis generibus* Serv. ad Virgil. Aen. XI, 859: Dubiorum nominum casus ex similibus vel synonymis comprobantur.

II. *De communibus* Serv. ad Virgil. Aen. XII, 519: *Pauperque domus.] Hic* et *haec pauper* dicimus. Nam *paupera* usurpat[iv]um est. Sic *Plautus: Pauper est haec mulier.* Sed hoc hodie non utimur. (Cfr. Prob. Inst. p. 1457 P.) Ea enim nomina, quae ablativo singulari in *e* exeunt, si feminina ex se faciunt, similia faciunt: nec enim heteroclita [iterum nomina] i. e. alterius declinationis esse possunt. Ut puta, quia ab hoc hospite facit *hic* et *haec hospes* dicamus necesse est. *Lucanus* (V, 11) *hospes in extremis audivit curia tectis.* Nam ab *hoc leone hic* et *haec* leo; *ab hoc latrone, hic* et *haec latro: ab hoc fullone, hic* et *haec fullo: ab hoc nepote, hic* et *haec nepos.* Nam ut *neptis* dicamus [in iure] propter successionis discretionem admissum est. Sciendum tamen *hospita, paupera, leaena* usurpata a poetis [esse]. Id. ad Ge. III, 245: Leaena Graecum est, quia in *o* exeuntia masculina feminina ex se non faciunt, ut *fullo, latro, leo.* Philargyr. ad Ecl. II, 63: *Torva leaena]* hoc nomen licet veteres Latinum negent, auctoritate tamen valet. Dicebant enim *leonem* masculum et feminam, ut *Plautus* in *Vidularia: Nam audivi feminam ego leonem semel parire. Cicero* de *Gloria* libro II ait: *Statuerunt gloria leana* (al. *statuerunt auream leaenam* al. *statua erat gloriae leaena.* Lege: *statuerunt aeream leaenam.* V. Müll. ad Varron. L. L. p. 265.) *Leam* vero *Varro ad Ciceronem* dicit lib. III.: *Sicut nocet* (leg. *docet*) *panthera et lea.* (Cfr. Varro L. L. V, 100 Müll.).

III. De *mobilibus* et *communibus* Serv. ad Aen. XII, 159: *Auctor ego audendi.]* Nomina in *tor* exeuntia feminina ex se faciunt; quae [in] *trix* terminantur, si tamen a verbo veniant, ut ab eo, quod est *lego* et *lector* et *lectrix* facit, *doceo, doctor* [et] *doctrix.* Si autem a verbo non veniunt, *communia* sunt. Nam similiter et masculina et feminina in *tor* exeunt, ut *hic* et

haec senator, *hic* et *haec balneator*, licet Petronius (cap. 53) usurpaverit *balneatricem* dicens. Tale est et *hic* et *haec auctor*, sed tunc, cum ab *auctoritate* descendit, ut hoc loco. Cum autem venit ab eo, quod est *augeo* et *auctor* et *auctrix* facit, ut si dicas *auctor divitiarum* vel *auctrix patrimonii*. — Hanc doctrinam Servius *Probo* debet, apud quem eadem fere, sed brevius in Inst. p. 1452. P. exstant, plenius autem in *Probi Arte* ap. Endlich. Anal. p. 205 a. et p. 249 a. V. **Osann** Beiträge II, p. 231 seq. Repetivit eadem Charis. p. 29, 30. P. et Prisc. T. I, p. 181 Krehl.

IV. De nominibus in *nis* Serv. ad Aen. II, 554 *haec finis.]* Omnia Latina nomina, inanima, simplicia a verbo non venientia *nis* syllaba terminata masculina sunt. Inanima propter *[clunis] canis;* simplicia propter *bipennis:* a verbo non venientia propter *finis.* Ergo *[clunis] Iuvenalis* (XI, 164) bene dixit: *Tremulo descendunt clune puellae.* Horat. male (Serm. I, 2, 89): *Quod pulchrae clunes.* Haec ex *Capri libris dubii generis* excerpta videntur, in cuius excerpto libello ap. P. p. 2244 haec: Omnia nomina in *is* (leg. *nis*) masculina sunt, ut hic *finis*, *cinis*, *crinis.*

V. De nominibus in *ax* Serv. ad Aen. XI, 487: Omnia (leg. *Nomina*), quae in *ax* exeunt Graeca masculina in obliquis casibus *a* producunt, ut *thorax*, ācis, *pinax*, *pinācis*. Nam feminina corripiunt, ut *climax*, *climăcis*, sed ad *Latina* non transeunt. *Phalanx* vero et aliter exit et peregrinum est etiam apud Graecos.

B. Singula nomina, quorum genus tractat Servius in Virgilium haec sunt:

1) *Amnis* ad Aen. IX, 124: *amnis rauca sonans.]* Licet antiquitas habuerit *hic* et *haec amnis*, melius tamen est *rauca sonans* pro *rauce*, quam *rauca amnis*. — Cfr. **Osann.** Beiträge II, p. 220. not. 36. 2) *Aranea* Serv. ad Ge. IV, 247: *Foribus suspendit aranea casses.]* Virgilius quidem confundit: tamen sciendum, maiores animal ipsum masculino genere appellasse *hic araneus:* retia vero, quae faciunt, feminino. 3) *Arcus*, idem ad Aen. V, 610: Notandum sane etiam de Iride arcum genere masculino dicere *Virgilium*. *Catullus (Catulus?)* et alii genere feminino ponunt referentes ad originem, sicut et *haec cattus* et *haec gallus* legimus [imitatione Graecorum, qui ὁ καὶ ἡ κύων, ὁ καὶ ἡ ἀλεκτρύων] dicunt. 4) *Argi*, idem ad Aen. I, 24: *Argos* in numero singulari generis neutri est, ut Horat. (Carm. I, 7): *Aptum dicet equis Argos*

ditesque Mycenas; in plurali vero masculini, ut *hi Argi.* 5) ***Barba,*** id. ad Ge. III, 311: *barbas.]* Sic de quadrupedibus. Nam hominum *barbam* vocamus. Id. ad Aen. II, 277: *Barbam* singulari numero hominum, plurali [vero] quadrupedum dicitur. Unde dubitatur, de quibus dixerit (Ge. III, 366): *Stiriaque impexis induruit horrida barbis,* ad quem locum idem: Sensus duplex est. Nam aut hoc dicit: de impexis barbis pecudum pendens gutta duratur, aut certe de tectis vel arboribus gutta horrida induruit in modum barbarum. Convenit autem Servius cum Capro p. 2243: *Barbam* hominum, *barbas* pecudum dicimus. 6) ***Bubo,*** id. ad Aen. IV, 462: *Solaque culminibus ferali carmine bubo]* *Sola* contra genus posuit. *Lucanus* (V, 396): *Et laetae iurantur aves bubone sinistro.* Item *Ovidius* (Met. X, 453): *Infandus bubo.* Et hoc est in usu. Sed *Virgilius* mutavit referens ad *avem.* Plerumque enim genus relicta specialitate a generali sumimus, ut si dicas *bona turdus* referenda ad *avem.* Item si dicamus *prima est a* i. a littera, cum *a* sit neutri generis. 7) ***Buxus,*** id. ad Aen. IX, 619: Dicitur et *haec buxus* et *hoc buxum,* ut (Ge. II, 449): *et torno rasile buxum.* Unde superfluo quidam arborem generis feminini esse volunt, cum hoc loco etiam de ligno generis feminini habeamus exemplum. Cfr. id. ad Aen. XII, 764: *Sacer oleaster.]* Fere omnia Latina arborum nomina generis feminini sunt exceptis paucis, ut *hic oleaster, hoc siler.* Virgil. (Ge. II, 12): *ut molle siler.* Item *hoc buxum,* licet et *haec buxus* dicatur. Nam superfluam quidam volunt facere discretionem, ut *haec buxus* de arbore dicamus; *buxum* vero de ligno compositum. Legimus enim in Virgilio de tibiis (IX, 619): *Buxusque vocat Berecynthia matris Idaeae.* Item cum de arboribus loqueretur: *et torno rasile buxum.* 8) ***Calx,*** id. ad Aen. X, 714: *Calcem* genere feminino usurpat (h. e. contra consuetudinem dicit). 8) ***Canis,*** id. ad Aen. VII, 493: *Rabidae canes.]* Quare feminino genere canes posuit? Solvitur: ideo noluit masculino genere canes nominare, quod in feminis plus sit iracundiae. 10) ***Canalis,*** id. ad Ge. III, 330: *Canalis* melius genere feminino, quam masculino proferimus. 11) ***Carcer,*** id. ad Aen. I, 54: *Carcer* est undecunque prohibemur exire, dictus quasi *arcer* ab *arcendo.* Locum autem, in quo servantur noxii *carcerem* dicimus numero tantum singulari, unde [vero] erumpunt (al. emittuntur) quadrigae, *carceres* dicimus numero tantum plurali, licet plerumque usurpet poeta, ut est (V, 145.) *Ruuntque effusi carcere currus,* ubi vid. eund. 12) ***Cassis,*** Serv. ad Aen. XI, 775: *Aureus ex humeris sonat arcus et aurea vati Casside.]* Pro *cassis.* Nam accusativum posuit pro nominativo. 13) ***Cingulum,*** id. ad

Aen. IX, 359: *Cingulum* hominum generis neutri est; nam animalium feminino genere dicimus *has cingulas.* 14) *Clypeus,* id. ad Aen. III, 286: *Clypeum* hic masculino, at neutro alibi (IX, 709): *Clypeum super intonat ingens,* ubi idem: aut ipse ingens super clypeum intonat aut ingens clypeum super ipsum tonat. Lectum est etiam *hoc clipeum*, ut probat *Caper*, quod magis debemus accipere. Nam Homerum imitatus est, qui ait: (Il. δ 503): Ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ 15) *Colostrum,* id. ad Aen. V, 78: Colostrum neutri generis est; nam feminini esse penitus non potest. 16) *Coluber,* id. ad Aen. II, 471 *in lucem coluber]* deest *processit*, vel sonantius finxit masculinum, ut dicunt *coluber*, nam ut alii, promiscuum est, vel, ut cod. F.: Deest *processit.* Sed colubrum nonnulli promiscuum nomen tradunt, quod ut sonantius fieret, finxit masculinum, ut diceret *coluber.* 17) *Compages,* id. ad Aen. I, 293: *Compagibus]* *Ambages* et *Compages* antiqui tantum dicebant. Posteritas admisit, ut etiam *compago* dicatur; sed non, quia varias esse potest nominativus, debet etiam declinatio mutari; quemadmodum nec in istis nominibus *arbor, arbos, vomer, vomis:* nam et *vomeris* et *arboris* tantum facit. Ergo *compages, compagis,* quoniam *compago* usurpatum est: *compaginis* enim nemo penitus dicit. Ovidius tamen in primo Metamorphoseon (v. 711) ait: *Atque ita disparibus calamis compagine cerae* a genitivo *compaginis.* (Cfr. Prob. Inst. II, 1, 21 Lind.). 18) *Corbis,* id. ad Ge. I, 105: Sane *haec corbis* dicendum est [feminino genere] secundum *Tullium,* qui ait [in Sestiana (c. 38): *Messoria se corbe contexit.* 19) *Cornu,* id. ad Aen. I, 212 *Verubus* [a nominativo *veru.*] Ecce nomen de his, quae in numero singulari indeclinabilia sunt, ut *veru, cornu; genu.* Id. ad Aen. III, 22: *Cornus* declinatur ut *ficus*, si arbor sit. Nam *cornu* animalis indeclinabile est, licet genitivum usurparit *Lucanus* (VII, 217) ut: *Cornus tibi cura sinistri, Lentule.* Sic *Cicero* in *Arato: Huius genus* pro *genu.* Id. ad Aen. III, 649: Ipsa arbor *cornus* dicitur; pomum vero *cornum,* [inde] *corna*, ut *templum, templa:* Cfr. Schol. Lucan. l. c. 20) *Cortex*, id. ad Ecl. VI, 63: *amarae corticis]* alibi (VII, 741) ait: *raptus de subere cortex*, quod magis sequi debemus [ut masculino utamur.] 21) *Cothona,* id. ad Aen. I, 427: *Cothona* sunt portus in mari non naturales, sed arte et manufacti. Est autem et masculini et neutri generis. Nam *cothon, huius cothonis* et *cothonum, huius cothoni.* 22) *Crater,* id. Aen. I, 723: *Crateras* Graecum est ab eo, quod est: *hic crater.* Nam Latine *haec cratera* dicitur: Unde *Persius* (II, 52): *Si tibi crateras argenti incluusaque multo Auro*

dona feram. 23) *Crocus*, id ad Ge. IV, 182: *Crocumque rubentem*] *Sallustius* in *Historiis* ait: *In qua crocum gignitur*, genere neutro secundum artem usus est: hic poetice masculino referens ad puerum, qui in hunc florem dicitur esse conversus. 24) *Crustum*, id ad Ge. III, 360: *Concrescunt subitae currenti in flumine crustae*] Notandum quia, cum *haec crusta* dicimus foeminino genere, lapidis aut ligni aut gelu partem significamus; cum vero *crustum* dicimus, edulium aliquod significamus, partem panis vel placentae. Ipse in *septimo* (v. 714): *Orbem fatalis crusti. Horatius* (Sat. 1, 1, 25): *Dant crustuli blandi doctores. Iuvenalis* (IX, 5): *Nos colaphum incutimus lambenti crustula servo.* Id ad Aen. VII, 114: *Crustum* et *crusta* neutraliter dicimus de his, quae comedi possunt. *Horatius* (Serm. I, 1, 25): *Ut pueris olim dant crustula blandi Doctores. Iuvenalis* (IX, 5): *Nos colaphum incutimus lambenti crustula servo.* Foeminino autem genere fragmenta dicimus, quae comesse non possumus, ut (Ge. III, 360): *Concrescunt subitae currenti in flumine crustae.* 25) *Culter*, id Aen. VI, 248: Dicimus *hic culter, cultri.* Nam *cultellus* diminutivum est: *cultellum* penitus Latinum non est. 26) *Cupido*, id Aen. IX, 185: *Dira cupido?* magna [Nonnulli tamen inter *cupiditatem* et *cupidinem* hanc differentiam esse volunt, ut masculino genere *Cupidinem* deum ipsum, i. e. τὸν ἔρωτα significemus; feminino *cupiditatem*, quamvis hoc auctores plerumque confundunt.] 27) *Dama*, id ad Ecl. VIII, 28: *Damas* masculino genere posuit. Sic alibi (Ge. III, 539): *Timidi damae cervique fugaces.* Horatius (Carm. I, 2, 11) feminino ait: *Superiecto pavidae natarunt aequore damae* [et hic, ne ὁμοιοτέλευτον faceret, dicendum *timidi damae*]. Id. ad Ge. III, 539: *Timidi damae*] mutavit genus, ut vitaret ὁμοιοτέλευτον. Horat. (Carm. I, 2, 11): *Et superiecto pavidae natarunt aequore damae.* 28) *Deliquium*, id ad Aen. IV, 390: *Gellius Annalium*: *Deliquium solis* et *deliquionem* dicit, quod *Virgilius* (Ge. II, 478): *Defectus solis varios.* Nam in hoc loco sequitur. 28) *Deus*, id. Serv. Aen. II, 632: *ac ducente deo.*] Secundum eos, qui dicunt utriusque sexus participationem habere numina. Nam ait *Calvus*: *Pollentemque deum Venerem.* Item *Virgilius*: (Aen. VII, 498): *Nec dextrae erranti deus abfuit*, cum aut Iuno fuerit, aut Alecto. Et etiam in Cypro simulacrum barbatae Veneris [corpore et veste muliebri, cum sceptro et natura virili] quod ἀφρόδιτον vocatur, (cui viri in veste muliebri; mulieres in virili veste sacrificant, quamquam veteres *deum* pro *magno numine* dicebant. *Sallustius*: *Ut tanta mutatio non sine deo vide-*

retur. *Et* hoc ad Graecorum imitationem, qui ὁ θεός et ἡ θεός dicunt, sicut ὁ ἄνθρωπος καὶ ἡ ἄνθρωπος, vir et femina. 29) ***Dies,*** id ad Aen. I, 732: Quidam volunt masculini generis ***diem bonum*** significare, feminini ***malum.*** Id, Aen. II, 324: De masculino genere tria observanda sunt: in qualitate, numero, adverbio; in qualitate ***serenus si dies,*** non ***serena;*** ***numero bis quinos silet ille dies,*** non ***bis quinas;*** adverbio ***hoc die.*** Ceterum ***diecula*** nihil praeiudicat, quia multa deminutiva recedunt a nominibus primae positionis, ut ***scutum, scutella, canis, canicula, rana, ranunculus.*** Id ad Aen. V, 783: ***longa dies,*** longum tempus, de quo licet melius feminino dicamus, tamen et masculino dicimus. Nam de certo die masculino tantum utendum est [ut: ***hic natalis meus dies est***]. Id ad Aen. II, 554: ***Dies*** si tempus longum significat, generis feminini est. Cfr. ad X, 467: ***Dies*** tempus vitae: nam feminino usus est genere. Cum enim masculino utimur, re vera diem significamus. 30) ***Galerus,*** id ad Aen. I, 683: ***Galerus,*** genus est pilei, quod ***Fronto*** genere neutro dicit. Interpretes Virgil. ap. Mai vel Keil p. 99 l. 20: — ***onicus.*** Neutro genere dicit ***galeria...*** (Num ***Andronicus?***) 31) ***Gargarus,*** id ad Aen. V, 732: ***Averna per alta***] ut ***Gargarus, Gargara; Tartarus, Tartara;*** ita ***Avernus, Averna.*** 32) ***Gluten,*** Porphyr. ad Virg. Ge. IV, 40 ***Gluten***] ***Hic gluten.*** Sallustius autem ***hic glutino adolescebat.*** Ad Aen. VII, 632 locus integer affertur: Salustius de ***Lucanis: Qui de vimine facta scuta recentibus detractis coriis quasi glutino adolescebant*** et ad Ge. III, 155: ***Coria recens detracta veluti glutino adolescebant.*** 33) ***Grus,*** id Aen. XI, 580: Sciendum posse dici et ***hic*** et ***haec grus,*** (vel, ut in aliis codd. ***gruis,*** qua de forma v. Schneid. p. 178, ubi adde Append. in Probi Art. Min. ap. Endlich. Anal. p. 445 l. 5, ubi nominativus ***gruis*** pro ***grus*** reicitur). 34) ***Halcyon,*** id ad Ge. I, 399: Sane sciendum est, quod, cum de muliere dicimus ***haec Halcyone*** facit; cum de avibus ***hic*** et ***haec halcyon, hi*** et ***hae halcyones.*** 35) ***Hebenus,*** id. ad Ge. II, 116: Sane et ***haec hebenus*** et ***hoc hebenum*** dicitur. Hic neutro usus est, ***Lucanus*** vero ait (X, 117) ***Hebenus Mareotica vastos Non operit postes.*** 36) ***Hordea,*** id. ad Ecl. V, 36: Usurpative metri causa dixit. Nam ***triticum, hordeum, vinum, mel*** numeri tantum singularis sunt. Unde plurali in prosa uti non possumus. ***Vina*** tamen possumus dicere ***Ciceronis*** exemplo, qui ait ***in Praetura*** (in Verr. I, 36): ***Vina ceteraque, quae in Asia facile comparantur.*** Id. ad Ge. I, 210: ***Hordea*** usurpative [ait] (et) sciendum [tamen] in his tres casus tantum usurpari: ***haec hordea, haec hordea, o hordea,***

sicut *vina, vina, vina* et *mella, mella, mella.* [Sane reprehensus *Virgilius* dicitur a *Bavio* et *Maevio* hoc versu: *Hordea qui dixit, superest ut tritica dicat.* Cfr. Serv. Ge. I, 215: *Fabis* contra rationem, quia fruges omnes singularis numeri sunt. 37) *Insomnia* id. ad Aen. IV, 9: *Insomnia terrent*] et *terret* et *terrent* legitur. Sed si *terret* legerimus, *insomnia* erit *vigilia*. Hoc enim maiores inter *vigilias* et ea, quae videmus *in somniis* interesse voluerunt, ut *insomnia* generis feminini, numeri singularis *vigiliam* significaret, *insomnia* vero generis neutri numeri pluralis *ea, quae per somnium videmus,* ut (VI, 897): *Sed falso ad caelum mittunt insomnia manes.* Sciendum igitur, quia, si *terret* dixerimus, antiqua erit elocutio. *Insomnia* enim licet et *Pacurius* et *Ennius* frequenter dixerint, *Plinius* tamen (in libris *dubii sermonis*, ut videtur, unde *Lersch* Sprachphilos. der Alten p. 282, n. X, in fragmentis Plinii horum librorum posuit) exclusit et de usu removit. Sed ambiguitatem lectionis haec res fecit, quod non ex aperto vigilasse se dixit, sed habuisse quietem implacidam i. e somnii interruptam, ut intelligamus eam et in somniis territam et propter terrorem insomniorum vigilias quoque perpessam. 38) *Intyba*, Id. ad Virg. Ge. I, 120 e cod. Guelf.: *Intyba* pluralis generis neutrius, singularis vero masculini, ut *Lucius* (fort. *Lucilius*) V: *Intybus herbas praeterea pressus pedibus equinis.* Item *intyba* vena quaedam pessima et nervi amari terrae. 39) *Locus*, id. ad Aen. I, 306: Et *locos* et *loca* dicimus, cum in numero singulari *locus* tantum dicamus. Simile est et *iocus*, nam et *ioca* facit et *ioci*, ut [Sall. Iug. 96] *ioca atque seria cum humillimis exercere* et [Cic.] (Phil. 2, 4): *Quam multa ioca solent esse in epistolis* et *[Persius]* (VI, 5): *Tum iuvenes agitare iocos.* 40) *Lupus*, id. ad Aen. II, 355. [Sane apud veteres *lupus* promiscuum erat, ut *Ennius: Lupus femina feta repente.]* 41) *Luxuries*, id. ad Ge. I, 111: Sane *luxuriem* iuxta antiquos multi dictum putant, cum *luxuria* dicatur. Id. ad Aen. II, 374: *Segnities* iuxta antiquos dictum est, nam modo *segnitia* dicitur. Id. ad Aen. XI, 327: Est autem *materies* et *materia* lignum, unde Cic. in Offic. (III, 13.) *Domus male materiatae.* Et *materies* antique dictum, nam *materiam* dici debere multi adserunt. 42) *Margaritum*, id. ad Aen. I, 655: *Dicimus* et *haec margarita* et *hoc margaritum* et *haec margaris*, quod Graecum est, quomodo *Nais*. Cfr. Schol. Stat. Theb. VI, 63. Fronto Antonin. II, 12 ubi v. Schol. margin. *Unger* in *Comment. de Valgii poematis* p. 216 et p. 448. Priscian. e Varr. p. 328 Kr. 43) *Mantilia*, Philargyr. ad Virg. Ge. IV, 377: Huius singulare *mantelum*. *Plautus* in *Captivis* (III, 3, 5): *Nec his syco-*

phantis, nec fucis ullum mantelum obviam est. *Lucilius* autem *mantela* dicit mappas: *Mantela merumque.* 44) *Nuntius.* Serv. ad Aen. VI, 456: *Qui nuntiat,* genere tantum dicitur masculino; *quod* autem *nuntiatur,* licet neutro dicatur. [Apud *Catullum*] (62, 47) tamen etiam invenitur masculino. 45) *Obex,* id. ad Aen. X, 377: Modo usus habet, ut *hic obex* dicamus, unde quidam *magno obice* legunt. Antiqui autem etiam *haec obex* dicebant, secundum quod est *magna obice.* Hinc est, quia nonnulli vitant generis dubietatem et legunt *magni* scil. *maris.* *Caper* tamen *in libris dubii generis* probat dici et *hic obex* et *haec obex,* quod, ut diximus, hodie de usu recessit. 46) *Ostrea,* id. ad Ge. I, 207: Sane secundum artem *haec ostrea* et *hae ostreae* dicimus. Nullum enim habet Latinitas nomen [proprium] animalis, quod neutri sit generis, sicut Graece τὸ κῆτος καὶ τὰ κήτη, licet et *Horatius* (Serm. II, 4, 33) dixerit *ostrea Circeis, Miseno oriuntur echini* et Iuven. (VI, 302): *Grandia, quae mediis iam noctibus ostrea mordet.* Quos tamen possumus Graece locutos accipere: ita enim dicunt τὸ ὄστρεον καὶ τὰ ὄστρεα. 47) *Pampinus,* id. ad Ecl. VII, 58: Sciendum sane *pampinos* nunquam *Virgilium* [cum genere] dicere, sed *Varronem* frequentius feminino genere uti. 48a) *Pingue,* id. ad Ge. III, 124: *Pingue* generis est neutri et ita in omnibus idoneis invenitur. Nam nec *pinguedo,* nec *pinguetudo* latinum est. Qua in observatione mirum est, quod Servius scriptor seculi IV negat haec duo nomina esse Latina: quum tamen lexica vel e *Varrone* probent vocem *pinguetudinis,* ubi add. eundem apud Macrob. Sat. II, 11 et Fest. in v. *Propudianus* et *Reglescit; pinguedo* autem e *Plinii* Hist. Nat. afferatur. 48b) *Porca,* id. Aen. VIII, 641, *Iungebant foedera porca.*] Falso ait *porca.* Nam ad hoc genus sacrificii *porcus* adhibebatur. Ergo aut usurpavit genus pro genere, ut: *Timidi venient ad pocula damae* (Ge. III, 539), cum *hos damas* dicamus; item supra *lupam,* cum artis sit *hic* et *haec lupus,* aut certe illud ostendit, quia in omnibus sacris feminei generis plus valent victimae. 49a) *Pubes,* id. ad Aen. V, 546: *Impubis Iuli*] ab eo, quod est *hic pubis.* Nam quod ait *Sallustius* (Iug. 54 an 26?): *Puberes omnes interfici iubet,* venit ab eo, quod est *puber* et sunt: ista communis generis, si referantur ad singulos, multitudo autem si dicatur, generis tantum feminini est, [ut] *haec pubes.* Cfr. Prob. Inst. II, 1, 40 ed. Lind. et Gramm. Inc. ap. P. p. 2796 et Char. p. 53. 49b) *Pumex,* Id. ad Aen. XII, 587: *Pumicem* autem iste masculino genere posuit et hunc sequimur [nam et *Plautus* (Aulul. II, 4, 18) ita dixit], licet *Catullus* dixerit femi-

nino (1): *Arida modo pumice expolitum.* 50) ***Praeneste***, Id. ad Aen. VII, 682: Dicimus autem et *Praeneste*, ut: *Quique altum Praeneste viri* (iibd.) et *haec Praenestis*, unde est (VIII, 561): *Cum primam aciem Praeneste sub ipsa.* 51) ***Sal***, id. ad Aen. I, 35: *Salem*, quo utimur, singulari numero tantum dicimus; cum *iocos* significamus, pluralem tantum ponimus numerum, ut *Lucanus* (II, 368): *Non soliti lusere sales.* Aliquando autem etiam *urbanitatem* per singularem numerum significamus, ut *Terentius* (Eun. III, 1, 10): *Qui habet salem, quod in te est.* Masculini enim generis est, non neutrum et neutra triptota sunt, nec ab hoc accusativo nominativus esse potest *hoc sale* (quod in usu fuisse probat *Plinius* [in libris *dubii sermonis?* Cfr. Lersch Sprachphilos. p. 185 n. XXXI.]) 52a) ***Scalae***, Id. Aen. XII, 104: Quoties utimur nominibus tantum pluralis numeri et unum volumus significare, ita dicimus: *unas bigas*, *unas quadrigas*, *unas scalas.* 52b) ***Scrobes***, id. ad Ge. II, 50: Nos genere dicimus masculino, licet *Lucanus* (VIII, 756) dixerit contra artem: *Exigua posuit scrobe.* Id. ibid. ad v. 288: Ut etiam supra (v. 50) diximus, *scrobes* masculino generis sunt. Nam *Cicero* in *Oeconomicis* (ap. Orell. Vol. IV, P. II, p. 476 n. 19) sic ait et *Plautus* ait: *Sexagenos (in dies) scrobes.* Minor autem est [*Lucani* et] *Gracchi* auctoritas. Nam *Lucanus* (VIII, 756.) *Exigua posuit scrobe* (ubi v. Schol.). *Gracchus: Abunde fossa scrobis est*, quod exemplum in *Terentiano* est. Cfr. Prob. Inst. II, 1, 40 ed. Lind. 53) ***Sertum***, id. ad Aen. I, 417: *Sertum* et *serta*, cum nihil adiicitur, dicimus, ut hoc loco: item alibi expressius, ut (Ecl. VI, 16): *Serta procul tantum capiti delapsa iacebant.* Si autem *sertos* dixero, addo *flores*; si *sertas* addo *coronas.* Et hoc in multis nominibus observandum est, ut genus ex adiectione formetur, qua detracta in neutrum cadat (Burm. *cedat*) necesse est, *piscinalis locus*, *piscinalis cella*, *piscinale*; *sagmarius mulus*, *sagmaria mula*, *sagmarium* (v. Salmas. Exercitt. p. 824 et Burm.). 54) ***Siler***, id. ad Ge. II, 12 *molle siler*] arboris genus est. Et notandum genus neutrum de arbore, quod est admodum rarum. 55) ***Silex***, id. ad. Aen. VIII, 233: Paene omnes *hunc silicem* dixerunt. Nam et *Varro* et *Lucretius* (I, 572) ita dicunt. Tanta tamen est Virgilii auctoritas, ut persuadeat nobis etiam *hanc silicem* dici. 56) ***Specus***, Id. ad Aen. VII, 568: *Hic specus horrendum.*] Hoc nomen apud maiores trium generum fuit. *Ennius* feminino posuit: *Sub monte specus altae*; *Horatius* masculino (Carm. III, 25): *Quae nemora aut quos agor in specus? Virgilius* neutro, quod hodie in numero singulari tribus tantum utimur casibus: *hae*

specus, huius specus, o specus, [Nam] pluralem tantum a genere masculino habemus in omnibus casibus. Hinc est (Ge. III, 376): *ipsi in defossis specubus,* quamquam antiqui codices habent: *Hic specus horrendus.* 57) *Spicus*, id. ad Ge. I, 111: Dicimus autem et *hic spicus* et *hoc spicum. Cicero* in *Arato: Spicum illustre ferens insigni corpore virgo.* Sed scire debemus in usu esse a masculino utrumque numerum: a neutro vero raro et tantum singularem inveniri. Nam pluralis nusquam lectus est. 58) *Stirps*, Id. Aen. I, 626: *Stirps,* cum de *origine* dicimus, generis feminini est, ut (VII, 293): *Heu stirpem invisam;* cum de *ligno*, masculini (XII, 770): *Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum.* Id. ad III, 94: Sane *stirps* genere feminino *originem* significat, ut (VII, 293): *Heu* cett., masculino *arborem*, ut (XII, 770): *Sed stirpem* cett. Sed *Horatius* contra regulam nititur, ut (Carm. III, 29): *Stirpesque raptas et specus et domus.* Id. VII, 99· *Stirpem* cum de *genere* dicimus, tantum femininum est; cum de *arbore* et masculini (generis) et feminini [invenitur], ut (XII, 77): *Sed stirp.* cett. Contra Horat. (Carm. III, 29.) Id. ad XII, 208 Ideo genere masculino usus est, quia de arboribus loquitur. Nam de hominibus genere feminino dicimus, ut (VII, 293): *Heu stirp.;* dixit tamen, sed usurpative *Horatius* etiam de arburibus, ut (Carm. II, 29): *Stirpesque raptas* cett. 59) *Talpa*, id. Ge. I, 183: Mutavit genus, nam *haec talpa* dicitur, sicut et de *damis* fecit, ut (Ecl. VIII, 28): *Et timidi venient ad pocula damae.* 60) *Tapetum*, id. ad Aen. VII, 277: Tertio declinatur hoc nomen *hoc tapetum, tapeti*, ut *templum, templi* Unde est *his tapetis* hoc loco. Item *hoc tapete, huius tapetis*, ut *sedile, sedilis.* Unde est (IX, 325): *Qui forte tapetibus altis Extractus.* Declinatur et Graece ὁ τάπης, τάπητος. Unde est (IX, 358): *Pulcrosque tapetas,* τούς τάπητας et ad IX, 358. *Pulcrosque tapetas.*] [Secundum Graecos per masculinum genus.] 61) *Tergum*, id. Aen. V, 351: Mutavit more suo. Nam *tergus* debuit dicere [cum *tergum* habeat *carnis* appellationem, *tergus* vero sit *pellis,* ut (I, 211): *tergora diripiunt costis.* Cfr. ad VII, 94: *tergo* pro *tergoribus* i. e. coriis et ad IX, 412: *tergum* pro *tergus* dixit. *Sallustius: tergis vinciebant* pro *tergoribus.* 62) *Torris*, id. ad Aen. XII, 298: *Torrem* autem erit nominativus *hic torris* et ita nunc dicimus. Nam illud *Ennii* et *Pacuvii* penitus de usu recessit, ut *hic torrus, huius torri* dicamus. 63) *Trapetum*, id. Ge. II, 519: Declinatur *trapetum,* sicut *templum,* i. *Terentianus: Quos superinsidens trapetos signa gyris temperat.* 64) *Turtur*, id. ad Ecl. I, 59: *Turtur* declinatur et masculino et feminino genere, ut

[hic]: *Aeria turtur cessabit* et *Plautus* [in Mostell.] (I, 1, 4): *Tu tibi istos habeas turtures.* 65) *Tyrannus*, id. Aen. VII, 266: Declinatur autem etiam *hic* et *haec tyrannus.* 66) *Vallus*, id. Aen. X, 220: *intra vallos* i. e. fustes fossarum, qui *valli* vocantur. Nam munitio ipsa *vallum* dicitur neutraliter. Id. ad IX, 146: *Vallum* dicitur ipsa munitio. Nam *valli* fustes sunt, quibus vallum munitur. Ipse de sustentaculis vitium (Ge. II, 409): *Primus vallos sub tecta referto.* 67) *Vira*, id. Aen. XII, 468: *Virago* dicitur mulier, quae virile implet officium [i. e. mulier, quae viri animum habet; has antiqui *viras* dicebant.] 68) *Viscum*, id. Ge. I, 139: *Hoc viscum huius visci* facit, sicut *templum, templi.* Unde est (*et*) *fallere visco.* *Viscus* vero, i. e. caro *visceris* facit, ut *pecus, pecoris.* 69) *Visus*, id. ad Aen. III, 36: *Visus* pro *visa* posuit. Tunc enim masculino utimur genere, cum de his loquimur, quibus videmus, ut si dicas: *Nubecula obest visibus meis.* Si autem neutro utamur, ea quae videntur, significamus, ut si hoc loco diceret: *Rite secundarunt visa.* Quod propter metrum nequaquam potuit. Similia sunt *nuntius* et *nuntium*, *auditus* et *auditum.* 70) *Vulgus*, id. ad Aen. I, 149: *Vulgus* et masculini generis et neutri lectum est; generis neutri hoc loco, alibi masculini, ut (II, 99): *In vulgum ambiguas.* Et hoc est artis, ut masculino utamur, quia omnia Latina nomina in *us* exeuntia, si neutra faciunt, tertiae sunt declinationis, ut *pecus, pecoris;* si secundae autem fuerint declinationis, masculina sunt. *Vulgi* autem facit, non *vulgeris*, ut *docti, clari, boni.* Usurpatum tamen est neutrum genus propter unum Graecum nomen i. e. pelagus. Cum enim *pelagi* faciat, neutri tamen est generis. Id. ad II, 39: Sane *vulgus* magis [cod. Fuld. *tam*] masculini generis est, quam neutri, quia in *us* exeuntia neutra in *ris* mittunt genitivum [ut *funus, funeris*] excepto *pelagus*, quod in hoc nomine creavit errorem.

Descriptioni codicis Laonensis p. 14. adde: Praecedunt huic glossario, ut in Vindobonensi codice *Synonyma Ciceronis* et *Glossae diversarum vocum Bibliorum* insequentibus pluribus tractatibus *Hugonis de St. Victore*, quorum primus est *Didascalicon.* Scriptus circa sec. XII. per hominem valde ignorantem.

I. INDEX RERUM ET VERBORUM

quae a grammatico et a nobis tractantur.

II. INDEX SCRIPTORUM

a grammatico citatorum.

—⊰◇⊱—

Errata typographica pauca sunt, quae quum propter temporis angustias prelo committere prohibear, tacito lectoribus corrigenda relinquo.